

www.e-rara.ch

Tobiae Pfanneri systema theologiae gentilis purioris

Pfanner, Johannes

Basileae, 1679

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24519>

Systema theologiae gentilis purioris. Caput I.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



SYSTEMA THEOLOGIÆ GENTILIS PURIORIS.

CAPUT I.

DE DUPLICI FONTE THEOLOGIÆ GENTILIS.

SUMMARIUM.

S. I. De Gentilium Idololatria & Superstitione; ejus origine, varietate & absurditate; præsertim apud Aegyptios. 2. Græcos & Romanos, 3. Reliquia melioris doctrinæ apud Gentiles; earum duplex fons; Ratio, & Traditio. De Notitia naturali sive per Rationem. 4. De Traditione, per Carmina Sibyllina, & de horum sive ingenuitate, sive suppositione. 5. De Traditione per S. Scripturam; Unde Gentilibus quædam ex ea innotuerint? 6. Philosophia ex utraq; composita; ejusq; apud Patres Ecclesiæ auctoritas. 7. Mos Gentilium, Dogmata diviniora, arcanè habendi. 8. Aut saltem verborum involucri obtegendis. 9. Idem, apud Doctores Ecclesiæ V. & N. Testamenti. 10. Ex quo Traditiones Ecclesiæ Christiana. 11. Hebraica. 12. Hæreticorum, tempore prisca Ecclesiæ. 13. Idem mos apud Gentiles in ipsis Sacris obeundis, uti & 14. Apud Christianos.

a Lib. Sap.

XIV. 13. 21.

b Clem. Al.

Protrept. p.

12, 13.

c Arnobius

adv. Gen-

tiles L. I.

d Lact. div.

inst. L. I. c. 8.

e Jul. Firm.

de Error.

profan. Re-

lig. p. 12.

f Min. Fel.

Orat.

g Athan.

orat. contr.

Gent. p. 8. 9.

h Gr. Naz.

or. 2. d. The.

i Epiphan.

Præf. in op.

Panar. de

Har. & L.

I. Tom. 1. p. 4.

S. I.

Rofundæ quidem adeò pudendæque superstitioni Gentiles immerfos fuisse, ut bonam mentem ipsamque Rationem ejurasse videri possint, vix indoctos latere existimo, cujus causas, ut hic indagare nihil attinet, à Philone, (a) seu quicumque Libri, cui *Sapientia Salomonis* titulus, Auctor, Clemente Alexandrino (b), Arnobio (c), Lactantio (d), Julio Firmico (e), Minucio Felice (f), Athanasio, (g), Gregorio Nazianzeno (h), Epiphanio (i),

A

Aenea

k *Aen. Gaz.* Aenea Gazæo (k), Hospiniano (l), Mornæo (m), Lessio (n), Vossio (o),
de immort. Seldeno (p), Scharrochio (q) aliisque, jam satis indicatas; ita irritum,
Anim. imò miserum laborem quispiam autumare queat, puritatis quid eâ in
 I *R. Hoff. de* re exquirere velle, quæ quanta est, tota fordibus non obsita tantum, sed
orig. Fest. & infecta videri possit. Quid enim sani ab iis expectes, qui Spirituum,
Christian. c. Hominumque sive vivorum, sive mortuorum cultu non contenti, pro-
 1. p. 20, 21. jecto ingenitæ rationis usu, Deitatis honorem in bruta, & si quid brutis
 m *Ph. Mor.* ignobilius, renitente ipso communi sensu, contulere. Ut enim alia, ri-
 d. *Ger. Rel.* diculæ magis an horrendæ superstitionis exempla omittam, quis nescit,
Christ. c. 22. quàm turpiter non Aegyptij tantum, perspicacissimi alioquin ingenii natio,
 n. *Leon. Lef.* sed & ipsi Græci, Romanique, cæteris, suo saltem judicio, doctiores,
 d. *Iust. &* prudentioresque, quos ideo præ aliis hîc quoque sapere decuerat, sese
lur. lib. 11. dederint; non affectuum minùs humanorum, quàm bestiarum & simi-
 c. 43. *Dub. 3.* lis deteriorisque naturæ rerum, digni nimirum suis Numinibus, adora-
 o *I G Voss.* tores. Ita etenim Aegyptii (r), ut ab his ordiamur, *Feles*, sædissimum a-
de orig. Idol. nimal, ne tamen omnino sine ratione insanirent, hac de causâ, quia aspi-
lib. 1. cap. 11. dum serpentumque moribus mederentur; *Accipitres*, quia terram à ce-
 (p. 81.) p *Joh. Seld.* rastiis atque scorpis purgarent; *Ibidem*, quòd serpentes, Nilo exundante,
de Dis Syr. devoraret; *Crocodylos*, quoniam metu eorum Arabes Libyæque latrones
Prolog. c. 3. Aegypto abstinerent, Divinitati donavere. Quæ illis exprobrans Athe-
 q *S. Schar-* nagoras (s), Aegyptij, inquit, *Feles etiam, Crocodylos, & Serpentes, & Aspidēs,*
roch. d. offic. *& Canes pro Diis habent.* Et Arnobius (t) de Aegyptiis loquens: *Templa, di-*
sec. Ius Nat. *cit, Felibus, Scarabæis, & Buculis sublimibus sunt elata fastigiis.* Atque Romanus
 c. 5 No. 4. Martyr (u), non Romanorum minus quàm Aegyptiorum, hac in re ve-
 r *Cic. d. N.* cordiam Asclepiadi Præfecto obijciens,

*At si quid usquam vanitatis mysticæ
 Nobis colendum est, ipse primus incipe.
 Promusq; adora quidquid in Terris sacri est,
 Deos Latinos & Deos Aegyptios,
 Quæis Roma libat, quæis Canopus supplicat.
 Venerem precaris? comprecare & siniam,
 Placet sacratus aspis Aesculapii?
 Crocodylus, Ibis & Canes, cur displicent?*

x *Diod. Sic.* Et de Crocodylis Diodorus Siculus (x), τῶν μὲν γὰρ ἐργαζέων τοῖς πλεί-
 z. 1 p. 31. στοις νόμιμον ἔστιν οἷς θεὸν σέβειν τὸν κροκόδειλον, Nam Crocodylum pro Deo colit
 à plerisque incolis lege sancitum est. Quin nullum Animalium genus in Aegypto
 y *Herod. II.* degere, quod non illi Numinis loco habuerint, Herodotus (y) asserit:
 65. Ἐξου, dicens, Αἴγυπτος ὅμοια τῇ Λιβύῃ, ἡ μάλα θηελώδης ἐστὶ. τὰ δὲ
 εἶντα σφὶ ἀπαντὰ ἰσθὶ νομόμισται καὶ ταῖς μὲν σύντροφα ἂν τοῖς ἀνθρώποις, τὰ
 δὲ οὐκ: Aegyptus quum sit Libyæ finitima, non admodum bestiis abundat: quæ verò il-
 lic sunt, eæ omnes pro sacris habentur, partim mansuetæ, partim immansuetæ. Cui
 z *Cic. de N.* consentiens Cicero (z), omne sere, inquit, genus bestiarum Aegyptij consecra-
 D. I. III. verunt. Quò etiam spectans Athanasius parum abesse dicit, quin omnes
 Aegy-

Ægyptiorum Dii apud alios pro Jvictimis immolentur. Quamvis non eadem omnibus, sed aliæ aliis, pro diverso superstitionis ingenio, sacræ habebantur: Innuit id hisce Juvenalis (a), simul vesaniam istorum perstringens:

a Luc. Sat.
XV. princ.

Quis nescit Volusti Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc: illa pavet saturam serpentibus Ibin,
Effigies sacri nitet aurea Cercopithecæ.
Dimidio magica resonant ubi Memnone chordæ,
Atq; vetus Thebe centum jacet obsita portis.
Illic cæruleos, hic piscem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur.

Uti & Lucianus (b) Ἰδία δὲ Μεμφιτικῆς μὲν ὁ βῆς Θεὸς, καὶ ἄλλοις ἴσως ἢ
κροκόδειλῶ, καὶ ἄλλοις κυνοκέφαλῶ, ἢ αἰλῶ, ἢ πίθηκῶ. Memphi-
tis quidem Bos Deus est, aliis Ciconia aut Crocodilus, aliis Cynocephalus, aut Feles aut Si-
mia. Atque Clemens Alexandrinus (c) cultus hujus apud Ægyptios clas-
ses, velut per pagos vicofque illorum, curatius distribuens: Ἀλλ' ἔν γε
ait, Αἰγύπτιοι κατὰ τὰς θρησκείας τὰς σφῶν ἐσκέδρασαν, ὁμοίως δὲ αὐτῶν
Εὐνητικῶν φάγρον τὸν ἰχθύνα, μαϊώτην δὲ, ὅς ἀλλῶ, ἔτῶ ἰχθύς, οἱ τὴν ἐλεφαν-
τίνην οἰκεῖντες. Ὁ ξυρυγχίται, τὸν φερώνυμον τῆς χώρας αὐτῶν ὁμοίως ἰχθύνα,
ἔτι γε μὴν Ἡρακλεοπολίται ἰχθυόμονα. Σαίται δὲ, καὶ Θηβαῖοι περὶ βατον, Λυκο-
πολίται δὲ λύκον. Κυνοπολίται δὲ κύνα. Τὸν ἄπιν, Μεμφίται, Μενδησίοι τὸν
τράζον. Porro autem Ægyptii dispersi sunt in varios cultus & Religiones. Ex his Eve-
nita quidem colunt piscem Phagrum: Maoten autem, (est verò hic quosq; alius piscis)
qui habitant Elephantinen, Oxyrinchita autem piscem similiter, qui ab eorum dictus est
regione; Præterea Ichneumonem Heracleopolita; Saita autem & Thebani Ovem, Lu-
pulum autem Lycopolitani, Canem verò Cynopolitani, Apim Memphitani, Hircum Men-
desii. Quin, ut à vero aberrantes, variis contrariisque erroribus actos in-
ter seipfos dissentire, solitum est, ita & apud Ægyptios, quæ ut Deos
alii consecrabant, alii odio atque execrationibus prosequabantur, Notat
id Athanasius (d), Περὶ γὰρ, inquit, τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μουσειῶν ἐστὶ λέγειν
ἐστὶ πᾶσιν ἐπ' ὀφθαλμῶν ὄντων ὅτι ἐναντίας καὶ μαχομένας ἀλλήλαις ἔχουσιν
τὰς θρησκείας αἱ πόλεις. Καὶ οἱ ἐκ γειτόνων παρεδράζουσιν αἰεὶ, κατὰ τῶν πωλη-
σίον τῶ ἐναντία σεβῆν. Ὁ γὰρ πᾶρ ἐτέροις, προσκυνόμενῶ ὡς Θεὸς κροκόδει-
λῶ, ἔτῶ πᾶρ τοῖς πωλησίον βδέλυγμα νομίζεται. Καὶ ὁ πᾶρ ἐτέροις λέων
ὡς Θεὸς θρησκυόμενῶ, τῆτον οἱ ἀσυγείτονες ἔ μόνον ἔ θρησκυόμενῶ, ἀλλὰ
καὶ ἄρῶντες ἀποκτείνουσιν ὡς θηρίον. Καὶ ὁ πᾶρ ἄλλοις ἀνατεθεὶς ἰχθύς, ἔ-
τῶ ἄλλων ἀληθεύει τροφή. De abominandis Ægyptiorum Ceremoniis non esse,
quod dicatur, quum omnibus in oculis sit, quàm contrarias & inter se pugnantes ha-
beant religiones, & quàm semper vicini contra vicinos studeant diversa colere. Saltem
apud alios adoratur Crocodilus, apud alios abominationi habetur; Et Leo alicubi ut

b Luc. 10v.
Trag. Tom.
III. p. 460.

c Clem. Al.
Protrept.
p. 19.

d Athan.
cont. Gent.
pag. 20.

Numen cultus, à Collimitaneis non solum non colitur, sed deprehensus, ut bellua, neci datur, idemque piscis alibi in Numen dedicatus est, alibi hamo capitur. Atque tanto animorum ardore dissidia ista sæpè incalescere, ut in seditiones, bella, nullasque non cædium causas haud rarò erumpant, idem adjicit. Cæterum inter alia pisces maximè colentes etiam *Aquas* non minori honore afficere decebat. Iidem videlicet, de quibus agimus, Aegyptii, Julio

e Jul Firm. Firmico (e) teste, aquarum beneficia percipientes, aquam colunt, aquis supplicant, de E. P. R. aquas superstitionis contentione venerantur. Cui ad stipulans Athanasius (f),

p. 20.
f Athan. d.
p. 20.

πάντων, αἰτ, μάλιστα οἱ Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ ποιεῖται καὶ καὶ θεῶν ἀναγορεύουσι. Omnium maximè Aegyptii aquam in præcipua veneratione habent, Deosque appellant. Tanto quidem consensu, ut cætera discordantibus hac tamen in superstitione conveniret. Testis Lucianus (g), qui, cum alios populos aliis

g Luc. Jo. Trag. Tom. III. p. 460.

rebus, Aegyptios quidem aquæ sacrificare retulisset, καὶ τοῖς μὲν, addit, ἀπὸσι κίων τοῖς Αἰγύπτιοις τὸ ὕδωρ, Ac omnibus quidem Aegyptiis aqua pro Deo communiter colitur. Imò, ne aliquid ad extremam insaniam indignitatemque deesset, Cepe quoque & Allium, & ad quos facillimè ab istiusmodi cibis transigitur, turpes ventris crepitus, in Deorum suorum numerum receperunt. Hinc illis, ut Juvenalis (h) observat:

h Juven. d. Sat. XV.

Porrum & cepe nefas violento frangere morsu.

i Prud. contra Symmachum lib. II. pag. 247.

Hi sunt nimirum, qui, ut Prudentius (i) canit:

Quadrivitis brevioribus ire parati

Vilia Nilivæ venerantur oluscula in hortis,

Porrum & cepe Deos imponere nubibus ausi,

Alliaque --- cæli super astra locare.

Unde etiam irridendi Asclepiadis, qui, ista damnans, pari stultitia æquales Deos coleret, materiam (k) fumens, cujus supra meminimus, Romanus,

k Ap. Eund. d. hyst. X.

Adpone porris religiosas arulas,
Venerare acerbum cepe, mordax allium.

Fuliginosi thure placantur Lares.

Et respuuntur consecrata holuscula,

At unde major esse majestas focus,

Quàm nata in hortis sarculatis creditur?

Si Numen ollis, Numen & porris inest.

l Min. Fel. O. T. G. (p. 70.)

Et Octavius Christianus, idem Cæcilio Gentili apud Minucium Felicem (l) exprobrans: Iidem Aegyptii cum plerisque, vobis non magis Isidem, quàm cepearum acrimonia metuant, nec Serapidem magis quàm strepitus per pudenda corporis expressos extremi-

m Laet. d. i. g. i. n. s. i. u. s. V. 21.

scunt. Quòd, nisi fallor, Lactantius (m) respicit, quando post Aegyptios, ob turpissimarum pecudum cultum, reprehensos, eos etiam quædam pudenda dictu, tanquam Deos adorare, adjicit. Quamquam non communem omnibus Aegyptiis, sed Pelusiotis propriam eam religionem fuisse, idonei Auctores doceant. Lucianus (n) postquam aquam ab omnibus Aegyptiis communiter coli, loco supra laudato dixisset, ad peculiare cuique regioni

n Lucian. d. l.

urbive

urbivæ cultores transiens, Ἰδία ᾗ subjungit Μεμφίταις μὲν ὁ θεὸς θεός, Πε-
 λυσιώταις ᾗ κρόμμον, Ceterum privatim Memphis quidem bos Deus est, Pelusiotis
 verò Cepe. Quò respiciens etiam Hieronymus (o), patrios aliquarum gentium
 mores recensens; Impelle, ait, si vales, Pelusioten, ut manducet cepe. Et alibi (p)
 disertius: Ut taceam de formidoloso & horrido cepe: & crepitu ventris inflati,
 quæ Pelusiaca religio est. Quanquam Vossius (q) de Ægyptiis istis credere
 malit, illos crepitu ventris non propriè Deos putasse, sed (ut tota fere
 eorum religio symbolica fuerit) pro signis habuisse potentiæ divinæ,
 quia nimirum & servandi, & quando intempestivè atque pervicaciter
 nimis retineantur, perdendi hominis habeant potestatem.

II. Haud multò parcius Græci Romaniq̃ue desipuerunt. Ita, nempe
 ex istis, Ciconias atque Formicas Thessali, Mustelas Thebani, Acarnanes
 Muscas, Samii Orem, alii alia (r) divino honore mastraverunt. Et Romanis
 suis eandem cum Ægyptiis vecordiam, aut saltem in quibusdam tole-
 rantiam, imputans Octavius (s): Vos, ait, & totos Asinos in stabulis cum vestra
 Hippona consecratis: Et eosdem asinos cum Iside religiosè decoratis: Item Boum can-
 nita & capra vervecum & immolatis & colitis. De capro etiam & homine mixtos
 Deos, & leonem & canum vultu Deos dedicatis. Nonne & Apim bovem cum Ægy-
 ptiis adoratis, & pascitis? nec eorum sacra damnatis, instituta Serpentibus, Croco-
 dilis, Beluis ceteris, & avibus, & piscibus, quorum aliquem Deum si quis occiderit,
 etiam capite punitur. Quos in aquarum cultu Ægyptios imitatos (ut postea
 & Helcesaitæ, Epiphano teste (t)) deprehendimus. Apparet id ex Sene-
 ca (u) qui morem hunc popularibus quoque suis receptum, respiciens:
 Magnorum, inquit, fluminum capita veneramur: subita & ex abdito vasti anniis
 eruptio aras habet, coluntur aquarum calentium fontes, & stagna quædam vel opaci-
 tas vel immensa altitudo sacra vit. Illud utrique præ Ægyptiis eximium ha-
 buere, quòd etiam Virtutes, Vitia, aliosq̃ue hominum affectus, casus at-
 que eventa in Deorum Senatuum cooptaverunt. Notavit id Clemens
 Alexandrinus (x): φιλοσόφων ᾗ, inquiens, ἤδη πῖνες τῶν ἐν ἡμῶν παθῶν
 αἰεὶ δρωλοποῖεσι τύπες τὸν φόβον, καὶ τὴν ἐρωτῆ, καὶ τὴν χαρῆν, καὶ τὴν ἐλπίδα.
 Jam verò quidam ex Philosophis earum, quæ sunt in nobis, affectionum figuras & si-
 mulacra constituunt, nempe Metum & Amorem & Gaudium & Spem. Et in ean-
 dem rem Gregorius Nazianzenus (y) simul causam ejus artificiumq̃ue,
 quod quidem pravæ animi affectiones attinet, indicans: Si qui autem af-
 fectionibus & morbis animi plus æquo dediti erant, has ipsas sive perturbationes sive
 morbos, Deos esse putarunt, vel Diis saltem eos consecrarunt; Iracundiam scilicet, Cæ-
 des, Lasciviam, Ebricitatem, & nescio quæ alia his consentanea. Hanc enim defensionem
 facinorum suorum commentum sunt, quæ sese purgarent, neq̃ æquam & valde tur-
 pem. Ceterum, ut aliqua cultus hujus exempla referam, apud Romanos,
 teste Cicerone (z): Mens, Fides; cui solenne Numa instituit, Virtus, Con-
 cordia, consecrata & publicè dedicata sunt. Quæ quidem ita Ciceroni placere,
 ut inter leges Reip. optimè ordinandæ etiam hanc rogaverit (a): Illa
 propter quæ datur homini ascensus in Cælum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem ea-

o Hieron.
 ad G. Joſi-
 nian. II.
 p Idem
 Comment.
 l. XII. in Es.
 cap. 46.
 q G. J. Voss.
 de orig.
 Idol. lib. III.
 part. 1. c. 5.
 sub fin.
 r V. Clem.
 Alex. Pro-
 trept p. 19.
 s Apud Mi-
 nuc. Felice.
 t Epiph. bar.
 19.
 u Senec.
 Epist. 41.
 x Clem. A-
 lex. Protr.
 d. p. 12.
 y Gregor.
 Naz. ian. z.
 d Orat. II.
 d. Theol.
 z Cic. de N.
 D. II. 2. V.
 & L. 9. l. 21.
 Dionys.
 Hal. l. II.
 p. 134.
 a Cic. de L. L.
 lib. II.

rumq; laudum delubra sunt. Commendandæ, suadendæque huic suæ Legi, Bene verò, adjiciens, quòd Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu, quarum omnium Romæ dedicata publicè templa sunt, ut illa qui habeant, (en rationem *δοξασίας*) Deos ipsos in animis suis collocatos putent. Qui etiam alibi (a) institutum hoc comprobans, postquam earum rerum meminisset, quæ utilitate sua, quam hominum generi præstant, divinam dignitatem, ipsius etiam suffragio, meruerint: Tum autem, pergit, res ipsa in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus, ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus, proximè à M. Æmilio Scauro; ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata. Vides Virtutis templum. Vides Honoris à M. Marcello renovatum. Quod multo ante annis erat, bello Ligustico, à Q. Maximo dedicatum. Quid opis? quid salutis, quid concordia, libertatis, victoria, quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen obtinuit. Ita Spei & quod ineptius, Fortunæ muliebri fana extructa, Dionysius Halicarnassæus (c) testatur. Quanquam non quòd pro Diis talia haberent, sed quòd scirent, nemini ea, nisi Deo aliquo largiente concedi, id ab iis factum, post Augustinum (d) qui ratione ista Paganos suam hanc superstitionem defendisse, aut excusasse refert; L. Cælius Rhodiginus (e) affirmet. Quæ tamen apud Ciceronem (f) improbens Cotta, Mentem, ait, Fidem, Spem, Virtutem, Honorem, Victoriæ, Salutem, Concordiam caterasq; istiusmodi rerum vim habere videmus, non Deorum. Aut enim nobismet insunt ipsis, ut Mens, Spes, ut Fides, ut Virtus, ut Concordia: aut optanda nobis sunt, ut Honor, ut Salus, ut Victoria, quarum rerum utilitate video etiam consecrata simulacra. Quare autem in his vis Deorum insit, tum intelligam, cum cognovero. Quo in genere vel maxime est Fortuna numeranda, quam nemo ab inconstantia & temeritate sejungit: quæ digna certè non sunt Deo. Arguit quoque illam stultitiam Plinius (g), innumerabiles (Deos sc.) credere, inquit, atq; etiam ex virtutibus vitisq; hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duas omnino, Pœnam & Beneficium, majorem ad socordiam accedit. Et Ambrosius contra Symmachum pro victoriæ ara pugnantem, differens, Sic Deum esse, ait, & Victoriæ crediderunt, quæ utiq; munus est, non petestas, donatur non dominatur, Regionum gratia, non Religionum potentia: Magna igitur Dea, quam militum multitudo sibi vindicat, vel præliorum donat eventus. Absurdus iidem, rebus noxiis abominandisque Deorum nomina imposuere. Notat id atque perstringit Cotta rursus, Tantus (queritur is apud Ciceronem (i)) hic error fuit, ut perniciosus etiam rebus non modò Deorum nomen tribueretur, sed etiam sacra constituerentur Febris enim aram in Palatio, Orbonæ ad ædem Larium & aram Mææ Fortune Esquilii consecratam videmus. Et iisdem penè verbis Plinius (k) occasionem simul atque causam erroris suppeditans: Nomina alia aliis gentibus, & Numina iisdem innumerabilia reperimus: inferis quoq; in genera descriptis, morbisq; & malis etiam pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. Ideoq; etiam publicè Febris fanum in Palatio dicatum est, Orbonæ ad ædem Larium, ara & Mææ Fortune Esquilii. Ita & Pallori & Pavori Tullus Hostilius

b *Id. de N. D. l. II p. 52*

c *Dionys. Halic. l. IX p. 503. l. VI. p. 525.*

d *August. de Civ. Dei IV. 24*

e *L. Cælius Rhod. l. c. Antiq. XI. 65.*

f *D. l. de N. D. l. III. p. 100.*

g *Plin. Hist. Nat. II. 7.*

h *Ambros. l. V. Epist. 31.*

i *Cic. d. N. D. l. 6. III.*

k *Plin. d. l.*

Ius (l) sana vovit. Quin & Vitia, ut meminimus, inter Numina locum invenere, non scilicet, ut scitè Augustinus, Numina colendorum, sed crimina colentium. Quo ex genere, ut Cicero (m) dicit: Cupidinis & Voluptatis & Lubertine Veneris vocabula consecrata sunt, vitiosarum, ut idem ipse addit, rerum. Sed tamen, (causa collatae Deitatis) ea ipsa vitia vehementius naturam sepe pulsan. Omittimus Lavernam, Perficam, Pertundam, Mutunum, Tutunum, Deos Lucrios, Murciam, Pecuniam, Osilaginem, Mellonam, similibusque farinæ sive Dii, sive Deæ sint, quos latius Arnobius (n), Augustinus (o), aliique recensent atque exagitant. Ita & apud Græcos, referente itidem Cicerone, (p), Parmenides Discordiam, Cupiditatem, cæteraque ejusdem generis ad Divinitatem revocavit, & quod amentia hujus extremum censeriqueat, Athenienses, Sapientia, si ipsis crederes alumni, aded impudentiae provecti sunt, ut, teste eodem (q), Contumeliae & Impudentia fanum fecerint. Quod Auctore Epimenide, factum, Clemens Alexandrinus (r) docet.

III. Quæ quanquam ita se habeant, non tamen Gentiles ita desipuisse putandum est, ut nihil sani in divinis rebus aut senserint aut admiserint. Gravissimis licet tenebris oppressi, lucem tamen veritatis etiam ipsi, licet ægris plerunque oculis, & tanti fulgoris impatientibus, adspexere. Etenim cum duæ ad acquirendam harum rerum cognitionem pateant viae: Naturæ una atque Rationis, Revelationis altera, & quæ inde ad posteriores manat, Disciplina, sive ut appellare amant, Traditionis, neutram Ethnicos omnino latuisse, certum est. Et quidem, quod Naturæ atque Rationis viam attinet, etiam post vitium istud à primis Parentibus contractum, adhuc superstitem mansisse aliquam mentis humanæ vim, quæ Deitatem inquireret, agnosceret, coleret, aded manifestæ omnibusque receptæ veritatis est, ut, eam probare velle, putidus labor futurus sit, præsertim quibus non dogmata nostra argumentis firmare, sed quàm propè ad ea Gentiles accesserint, ostendere animus est. Patebit id tamen clarissimè ex iis, quæ suo quæque loco afferentur, & indicavit id Paulus (s), qui hoc solum argumento omnibus elabendi excusandique viis Ethnicos interclusit.

IV. De Revelatione, sive, quæ istam consequitur, Traditione, obscurior & difficilior quæstio est. Neque enim oraculorum effata hoc loco aut jure censemus, à malis spiritibus, mendaciorum errorumque Doctoribus profecta, aded quoque falsa plerunque, frivola, atque vana, ut ipsis Ethnicis, quibus sagacior nasus (t), risum ludibriumque dederint. De Sibyllarum Carminibus magis ambigitur, quæ à priscis Christianis piâ quadam fraude, Gentilibus ad meliorem Religionem facilius vertendis, excogitata, confecta, & supposita plurimi arbitrantur, qua de re aliqua dicere, & instituto nostro congruum, neque Lectori injucundum fore, existimavimus. Et quidem fuisse Sibyllas non temerè quis negaverit; de numero disceptant. Neque tamen etiam nostra hic

Lib. lib.
XXVII.
m Cic. d. N.
D. LII.
n Arnob.
ad G. Gent.
lib. 1 p. 9.
o August.
de Civ. Dei.
LIV. cap. 8.
l II. c. 16. 21.
34. l. VI c. 9.
lib. VII. c. 2.
3, 11, 23.
p Cic. d. N.
D. lib. 1. p. 9.
q Id. de LL.
lib. II.
r Cl. Alex.
Protrept.
d. p. 12.
sad Rom. 1.
V. Lucian.
Tam. II.
Dial. Jun.
& Laton.
Dial. Me.
nipp. Amph.
& Trophor.
Hermot. de
Sest. Deor.
Concil. Nis.
accus. sub
prin. Tom.
III. Jos. Tr.
p. 443 451.
Tom. IV.
Jos. con.
refert sur. p. 52.

refert, five unam, five decem five plures, five pauciores quisquam con-
 u *Dionys.* stituat. Illud clarissimorum scriptorum (u) testimonio constat, Sibyl-
Hal. Ant. lam, quam *Cumeam* aut *Cumanam* cognominant, Tarquinio Prisco, Ro-
Rom. l. IV. manorum Regi novem libros venales obtulisse, qui pretii, quod illa po-
p. 259. 260. stulabat, magnitudine deterritus, emere detrectavit. At istam crematis
A. Cell. tribus in reliquos sex non minus pretium flagitantem, ideoque magis
Noël Attic. derisam à Rege rejectamque, combustis adhuc tribus, eadem poscentem
L. l. c. 19. Regem permovisse, ut pro residuis tantundem exsolveret, quantum
Plin. H. N. pro omnibus dare recularat. Qui, ex eo, ut quibus Urbis fata conscripta,
XIII. 14. diligentissimè asservati, & primùm Duumvirùm, postea Decemvirùm
Ser. 17. curæ fideique concrediti, (quorum etiam illud munus erat, Carmina
Virg. Aen. ista adire, atque inspicere, si quando aut præsentis damno aut ingruen-
VI. Lactant. tis periculi metu Respublica turbaretur, ut cuicumque vel incurioso Livii
dis. Inst. Lectori id observatum credo) incendio perire, quod Syllanis tempo-
l. VI. ribus ipsum Capitolium, ubi ista servabantur, consumpsit. Reparandæ tantæ jacturæ paulò post missi, qui Carmina Sibyllina, ubi ubi essent, conquirerent, Romamque conferrent, & quæsitæ Samo, Ilio, Erythis, per Africam etiam atque Siciliam, & Italicæ Colonias, atque nationi Quindecimvirùm (quinque etenim Decemviris Sylla adjecerat) subje-
 x *Lact. de* ta. Ex iis, quæ Romana Fata continebant, tribus itidem libris (x), ut
Ira Dei Cumanæ, descripta, religiosè habita, reliquis promiscuo usui permittis,
cap. 23. quæ octo libris comprehensa, & plurimorum in manibus versantia, Sti-
 liconis vim effugere, cum jussu illius, tres isti libri, fortunam Urbis
 populi que complexi, abolerentur. Atque ista sunt, de quorum ingenui-
 tate quæstio est. Ne non spuria sint, inde quidam verentur, quod præ-
 cipua, *Erythraea* vulgò dicta, Noachi nurum sese ferens, Græcè scripsisse
 difficulter credi queat, & eâ quidem elegantia, ut cujuscunque vel ter-
 tissimi Poëtæ scriptioni conferri possit. Magis adhuc, neque immeritò
 plerosque istud movet, quod præter ea, quæ de uno Deo, Conditore cæli &
 terre, Deastrorum vanitate, mundi creatione, diluvio, conflagratione, extremo Judicio,
 æterna salute atque damnatione, nimis penè clara habet, etiam de Christo ex Vir-
 gine nascituro, ejusque, quæ dum terram hanc obiret, patraturus erat miracu-
 lis, tanta perspicuitate loquatur, ut historiam rei jam gestæ contextuisse,
 non vaticinia de futura edidisse videri queat. Quò specimen ejus rei ha-
 beant, quibus talia adhuc fortè ignota, pauca dare lubuit. Ita nempe
 de Christo ægris sanitatem, mortuisque vitam redonante, Sibylla (y):

y *Sibyll.*
serm. 8. cit.
à Lactant.?
IV. 15.

-- -- -- Νεκρῶν ἢ ἀνάστασις ἔσται
 Καὶ χλωῶν ὄρουσ' εἰς ὠκύς, καὶ κωφὸς ἀκρόσθ
 Καὶ τυφλοὶ βλέψουσ', λαλήσουσ' ἔλαλέοντες.
 Defuncti reduces superas retrahentur ad auras,
 Et claudus properans curret, surdusque loquelam
 Percipiet, cæcus cernet, mutusque loquetur.

[Atque

Atque tantas res vi verborum illum confecturum prædicens (z);

z Dd. E.

Πάντα λόγῳ πράττων, πᾶσαι νέσον θεράπεύων.

Quæq; suo faciens morbis sermone medetur.

De Servatore, ventis fluctibusq; imperante perq; undas stabili gradu incedente:

Τὸς ἀέμεγς πᾶσαι τε λόγῳ φράσῃ ἢ ἰάλλουσαν

Μαινομένῳ ποσὶν εἰρήνης πῖσῃ τε πατήσας.

Compescit ventos verbosq; suo freta sternit,

Turbida dum calcat, pedibusq; & pace fideq;.

De quinq; millibus hominum, quinq; panibus & duobus pisciculis satiatis:

Ἐν ἄρτοις ἅμα πέντε καὶ ἰχθύεσσιν δοιοῖσιν

Ἄνδρων χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κορέσει.

Καὶ τὰ πέντε ὄντα λαβὼν μὲν κλάσματ' ἀπὸντα

Δώδεκα πληρώσῃ κοφίνας εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

Panibus exsaturat quinis & pisce gemello,

Chiliadas hominum totidem, versatus eremo,

Fragmine, quod cæne superest, tum fortè legentes

Bis sex complerunt cophinos in spem populorum.

Atque alia istarum Sibyllarum paucioribus hæc cuncta complexa:

Κόματ' ἀπὸντα, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσῃ,

Ζήσῃ τε θνακτέας, ἀπώσεται ἄλγος πολλοῖς,

Ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτα κέρθ' ἕσεται ἀνδρῶν.

Fluctibus incedet, morbos hominum ipse resolvet,

Restituet vitæ, pluresq; dolore levabit:

Atq; homini satias panis fontisq; liquentis.

Quæ aliaque hæc similia, ut (a) de corona spinea Servatori passuro imponenda, colaphis ori ejus infligendis, de velo Templi sua sponte dissolvendo, & si quæ hujus notæ, eam certè speciem præ se ferunt, ut ex Historia Evangelica deprompta magis, quàm à vate prædicta existimes. Neque credibile, clariora apud Gentiles de Christo, quàm apud Hebræos, in quorum sinu arcana sua familiariter largiusque Numen effuderat, testimonia extitisse, & disertius de salutis nostræ Sacramento Sibyllas, fatidicas Gentilium anus, quàm ipsos antiqui fœderis vates, locutas. Sunt tamen ex adverso, quæ suam Carminibus Sibyllinis ingenuitatem asserant. Et quidem magni ponderis nobis esse debet antiquissimorum Ecclesiæ Doctorum auctoritas, Justiniani (b), Athenagoræ (c), Irenæi (d), Clementis Alexandrini (e), Lactantii (f), Eusebii (g), & si qui alii pro illis pronunciavere. Tantos certè viros tantæ negligentia imperitiæve arguere, ut imponi sibi ab aliis passi sint, durum; mendacii doliq;ue, ut sefellisse alios dicas, ferè profanum. Gentilium hoc in homines probissimos juxta, & literatissimos calumnia sit, qui, ut Lactantii (b) verba nostra faciamus, testimonio de his revicti, eò confugere solebant, non esse illa carmina Sibyllina, sed à nostris conficta & composita. Impudentes certè famæque suæ pariter atque Ecclesiæ decoris

a Vid. Lactant. d.

lib IV. c. 18.

§ 19.

b Just. O-

rat. ad

Gent. sub

fin. ad An-

ton. Imp.

p. 154.

c Athenag.

Apolog. pro

Christ.

d Iren. ad h.

Hæret.

c Clem. Ale.

xan. pas-

sim.

f Lactant.

ad II.

g Euseb IV.

de vita

Constant.

h Lactant.

d. c. 15.

nimum quàm incuriosos fuisse oportuerat, si ea Sibyllis affinxissent, quæ in libris illarum passim tum obviis non extare ab uno quoque convinci poterant, etiam veris fidem, maximo cum Religionis melioris, uti & L. Vives (i) jam observavit, detrimento dempturi, criminis falsi semel comperti. Neque quòd accusatos eos perstrictosque hoc nomine diximus, ad pronunciandam contra illos sententiam sufficit, solemni etiam sequioris ætatis, inter Christianos varias in partes distractos, vicio, priscis Ecclesiæ Doctoribus, imò & aliis, scripta aut obrudere aut extorquere, prout aut faventia sibi aut infensa experti sint. Ita enim & Gentilium ea audacia esse poterat, ex Sibyllinis libris excindere, inducere, & spuriorum notâ infamare, quæ opinionibus ipsorum incommoda viderentur. Neque etenim mirum, falsa Gentiles arguisse, quæ tota abolere, quanquam frustra, animum intenderunt. Qua de re Justinus Martyr (k), *Operâ autem, ait, & instinctu malorum Dæmonum mortis supplicium adversus Librorum Sibyllæ lectores constitutum est, ut per timorem homines ab illis, quod minus scripta ea legentes rerum bonarum notitiam percipiant, sed in servitute eorum retineantur, absterrentur, quod cerè quidem efficere & ad finem perducere nequirent, &c.* Sic nempe librorum fidem imminuere artis erat, quos omnino tollere irritò conatu laboraverant. Atque illud ipsum contra istos Ethnicorum odium, abolendique studium autoritatem iis apud Christianos addere debuit. Accedit, quòd non tantùm Christiani ea à Gentilibus, non hî ab istis accepere, sed & apud istorum Scriptores extant, quæ ut è Sibyllinis Carminibus desumpta esse, ita ad Christum pertinere, non facillè literatum Christianum inficiaturum reor. Talis Virgilii *Ecloga quarta*, ubi ex Cumanæ Sibyllæ vaticinio ea, Poëtæ errore atque adulatione ad filium Pollionis Saloninum, Augustumque Cæsarem transferuntur, quæ ad Servatorem nostrum spectare, ipsa verba declarant. Non certè, Augustum, multo que minus Asinium istum Saloninum in animo habuisse Sibyllam, cum ista effunderet, quisquam temerè sibi persuaderi patietur. At in Christum optimè congruere, eleganti explicatione Constantinus M. sive potius Eusebius (l), & ex recentioribus Tim. Gesselius (m) ostendit, dignâ omnino, quam Lector adeat, cui Libri copia sit. Cujus consideratione Augustinus (n) ad locum Pauli (ad Rom. I. 2.) quo is Deum Evangelium promississe dicit, per Prophetas suos, *Fuerunt enim, subjungit, & Propheta non ipsius, in quibus etiam aliqua inveniuntur, quæ de Christo audita cecinerunt, sicuti etiam de Sibylla dicitur, quod non facillè crederem, nisi quòd Poëtarum quidam in Romana lingua nobilissimus, antequam diceret ea de innovatione seculi, quæ in Domini nostri Jesu Christi Regnum satis concinere & convenire videantur, præposuit versum, dicens: Ultima Cumæi, &c. Quin, ut (o) ejusdem verbis utamur, omnino non est, cui alteri, præter Dominum Christum, dicat genus humanum,*

*Te Duce, si quàm manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetuâ solvent formidine terras.*

i Lud. V. 6.
Comment.
ad Aug. de
C. D. l. 18.
c. 46. lit. c.

k Just. M.
Orat. ad
Antonin.
Pium p. 154

l Euseb. de
Sic. Const.
lib. 5. c. 59.
m Timoth.
Gess. Hist.
Eccl. Proh.
p. 62--70.
n Lud. V. 6.
d. l.
o August.
Tom. IV.
Expof. Ep.
Paul. ad
Rom. in-
choat. p. 814
o August.
Epist. 155.
sub fin. Ad.
de C. D.
X. 27.

Quod, ut idem is adjicit, exentheo, id est, ex Sibyllino carmine se fassus est transulisse Virgilius, quoniam fortassis etiam illa vates aliquid de unico Salvatore in spiritu audierat, quod necesse habuit consiteri. Referunt huc istud Ovidii (p):

Et Deus humana lustro sub imagine terras.

Et quod, eodem augurante, Augustus visurus sit (q),

-- -- -- Prolem sancta de Virgine natam.

Verum, ut hoc loco alii (r) pro Virgine, de Coniuge legunt, ita nec ista quæ sub Jovis persona terras invisari apud Ovidium dicuntur, huc fortè protendi decet. Istud observari meretur, quod Cicero (s) tradit, Interpretrem quendam Versuum Sibyllinorum suadere Senatui pœne ausum, Eum, sicut Cicero de Divinatione lib. II. Ciceronis verba refero, quem revera Regem habebamus, appellandum quoque esse Regem si salvi esse vellemus. Quibus, utut Julium Cæsarem Dictatoris nomine potestatem regiam exercentem, non minus Interpretes iste, vim vaticinii ignorans, ac ipse Cicero, ea quidem Tyrannidis odio arguens refutansque designatum velint, altius tamen quid Sibyllam, ipsum videlicet Christum significasse, credi par est, supremum nempe Regem, cui parere necesse est, qui salvi esse, quàm perire præoptant. Atque huc pertinet, quod auctore Julio Maratho, Suetonius (t), memorat, ante paucos, quàm Octavius nasceretur, menses, prodigium Romæ factum publicè quo denunciabatur, Regem Populo Romano naturam parturire. Unde Senatus exterritus censuerit, ne quis illo anno genitus educaretur, at eos, qui gravidas uxores habebant, ad se quisque spem trahentes, curasse ne Scutum ad ærarium deferretur. Verùm non Octavium, sed qui, Octavio imperante, natus, Christum Servatorem, prodigium istud portendisse, quivis puto Christianus consentiet. Meminit quoque præter Dionysium (u) Cicero (x) ἀποστῆσις in Sibyllinis Carminibus obviarum, cum ex primis versuum sese insequentium literis alia verba concurrunt, conficiunturque, quæ quanquam in falsitatis suspicionem argumentumque illi trahant, à crimine tamen isto certè Christiani alieni, quos Ciceronis ætas nondum habuit. Talis ἀποστῆσις, quam ex Carminibus Sibyllæ Erythrææ de Judicio extremo, Eusebius (y) & Augustinus (z) afferunt, quo ex primis Versus cujusque vocabulis hæc verba componuntur, Ἰησοῦς Χριστός, Θεὸς υἱός, Σωτῆρ; ut Christophorus, Eusebii interpret, felicior isto, cujus interpretatione Augustinus usus est, congruarum litterarum vocibus versum quemquam inchoans, reddidit, Iesus Christus, Dei Filius, Servator; Ex quorum verborum anterioribus illis literis vox Ἰησοῦς, id est, piscis, colligitur, quo nomine mysticè Christum intelligi, Augustinus (a) monet, eò, quod in hujus mortalitatis abyssu, velut in aquarum profunditate, hoc est, sine peccato, esse potuerit. Cui equidem, nisi fallor, Ciceronis ista dubitatio non parum fidei adstruit, quamvis geniuam eam, ut neque cum Henrico Valesio (b) præfractè negare, ita fere minus cum Eusebio affirmare audeamus. Cæterum nihil absurdi, Græco sermone usam Erythræam, Japheti Græcorum Patris uxorem, cum

p Ovid.
Metam. l. l.
Vers. 213.
q Id. d. Me-
tam. l. XV.
Vers. 836.
r Erasmi O-
rat. 3. de Si-
byllinis.
s Cic. de Di-
vin. lib. II.

t Sueton. in
August.
cap. 94.

u Dionys.
d. l. IV.
p. 260.
x Cic. de Di-
vin. d. l.

y Euseb. de
Vit. Conf.
lib V. Sive
Orat. ad
Cæsar. San-
tor. c. 18.

z August.
de C. D
lib. XVIII.
c. 23.

a Aug d. l.
ib. Leonh.
Cog.

b Henr Va-
les. Annot.
in Euseb.
d. l.

ex temporum computo, ultra quingentos annos post cumulas ad Turrim Babylonicam linguas, vitam producere illa potuerit, quibus lingua ista longè jam lateque invaluerat. At, quod de nimia vaticiniorum istorum perspicuitate objicitur, difficilius submovere licet. Neque enim sufficit, quòd quidam respondent, tanta claritate opus fuisse miseris Gentilibus, ut de vero Deo Filioque ejus aliquam notitiam nanciscerentur. Nam si de iis hæc intelligas, qui ante Christum natum vixere, notum est, omnem istam, quanquam obscuram, si Versibus Sibyllinis compares, doctrinam Hebræis peculiarem fuisse, à quibus mutuari oportebat, si qui exterarum gentium talium cognoscendi desiderio tenerentur; qui tamen, si vel omnem Hebraicæ Theologiæ profunditatem exhauserant, nondum eò lucis penetrare potuere, quam carmina ista Sibyllina affundunt. At si de istis responsum accipias, quibus post Christi natales vitæ usus contigit, alia multo adfuere, quæ persuadendis flectendisque, ad sinciora dogmata, Ethnicorum animis, Apostoli & qui pari docendi munere functi, vsurpavere. Nunquam certè istos ad Sibyllas provocasse comperies, nisi Clementi Alexandrino (c) credere velis, Paulum Gentiles eò ablegasse, *λάβετε*, inquietem, ut hæc verba ei tribuit Clemens, *καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν*, &c. *Libros quoque Græcos sumite, agnoscite Sibyllam, &c.* Quibus tamen fidem habere non nisi nimium credulus potest. Unde facile in eam sententiam adducor, ut spuriorum loco habitis, quæ nimia claritate fucum poenè profitentur, reliquorum pleraque genuinorum Jure censeam, quæ de Deo vero, uno, mundi creatione, interitu, aut de secretiori salutis nostræ mysterio, ita saltem agunt, ut modum temporibus hominibusque congruentem tenuerint: Neque opere hoc nostro iis aliter usi. Illud, quod hic quærimus superest, unde Sibyllæ vaticinia ista hauferint? Justinus Martyr (d) mirifico quodam præpotentis Numinis afflatu eas motas existimat. Quemadmodum etiam Eusebii (e) judicio, *Θείας Πνεύματος ὀψίας ἡρομένη μεσθὶ δι' ἐπιῶν περὶ τῶν θεῶν τὰ μέλλοντα περὶ Φητίσσε*. Divino planè spiritu impulsa, cuncta quæ eventura erant, de Deo vaticinari versibus cepit. Qui quoque recensitâ, cujus supra meminimus, Acrostichide (f) *καὶ πάντα*, subjicit, *τῆ παρθένου δηλαδὴ θεοῦ ἐπέση περὶ κορυφαί, μακαρίαν δὲ αὐτῆ ἐγώ γε κέρω, ἢ ὁ σωτὴρ ἐξέλεξατο, περὶ Φητίαν ἢ εαυτῆ περὶ ἡμῶν περὶ μητέρας*. Et hæc quidem divino, ut credibile est, afflatu à virgine predicta sunt: Ego verò illam eo nomine beatam judico, quòd Deus vatem illam ac nunciam suæ erga nos providentiæ elegit. Et Augustinus (g) saltem Erythræam sive Cumanam, eo loco censet, ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad Civitatem Dei. Quibus quidem quoad Erythræam, Babylonicam atque Libyllum, non difficulter assensum commodare queas, si ista Japheti uxor, illa Arabiæ Regina à Salomone edocta, hæc Debora, quod quidam volunt, fuere. Verum ut hisce, quam non merentur, fidem ultrò tribuas, de cæteris saltem quæstio restat. Attamen & illas

c Clem. A.
lex. Strom.
l. VI. p. 458.

d Just. M.
Orat. ad
Gent. in fin.
e Eus. d. c. 18.

f in fin. d. c.

g Aug. de
Civ. D. d. l.
XVIII. c. 23.

las divino instinctu agitas, sine periculo asserere licbit. Ita quippe Bileam, homo non gentilis tantum, sed & Gentilium nequissimus, Dei indicio clarissimum, *de sidere ex Jacobi stirpe orituro*, vaticinium edidit. Ita Caiphæ invito, suiq̄ue vaticinii vim ignoranti, consilium excidit (b), è *h. Job. XVIII. 9-15.* re populi fore, unum hominem saluti ejus victimam cadere. Ex adverso etiam à dæmonibus illa profecta dici possunt, Mystera fidei ipsis non incognita, vatibus suis tradentibus, sive quod fidem auctoritatemq̄ue vaticiniis suis adderent, sive ut sincera hominum sanctorum dogmata eluderent, corrumpere, profanarentq̄ue. Etenim, quod in universum hanc in rem Augustinus (i) dicit, *Potestates aërea superbæq̄ & fallaces, etiamsi quedam de societate Sanctorum, & de Deo Mediatore, à sanctis Prophetis vel Angelis audita per suos Vates dixisse reperiantur, id egerunt, ut per hæc aliena vera etiam fidelis Dei, si possent, ad sua falsa traducerent.* Deus autem, ut graviter idem adjicit, per nescientes id egit, ut veritas undiquaq̄ resonaret fidelibus in adjutorium, impiis in testimonium. Qui & alibi non incongruè credi affirmat (k), fuisse & in aliis Gentibus præter Judæos, homines, quibus illud de Christo mysterium revelatum sit, & qui hoc etiam prædicare impulsi sint, sive participes ejusdem gratiæ fuerint, sive expertes, sive per malos Angelos edocti & ipsos Christum, quem Judæi non agnoscebant, confessos. *de C. Deo. XVIII. 47.*

V. Cæterum, quod ipsas sacras Literas attinet, haud spernendis indicii apparet, plurima ex iis Gentiles accepisse, sive ex ipsa illarum lectione, quod rarius, sive qualicunque consuetudine cum Hebræis, penes quos tanti Thesauri custodia erat, sive aliis ex rivis illa hauserint, ab istis ad alios, quibus ea inquirendi cura, propagata. Ita ex Historia sacra, ea, quæ *de Creatione mundi; primorum Parentum lapsu, Diluvio.* (Quamquam de hoc aliud Augustino (l) placuisse videri queat, nostræ tamen sententiæ facilimâ explicatione conciliandò,) *Sodomorum conflagratione;* de qua & Gentilium Historiam attestari, Augustinus (m) affirmat, *Abrahamo, Isaaco, Jacobo, Josepho, Israelitarum ex Ægypto migratione, seseq̄, ipso, Moyses* memoriæ prodidit, etiam ad Ethnicorum notitiam pervenisse, quanquam multis fabularum additamentis corrupta, allatis eam in rem istorum testimoniis, jam Mornæus (n), Grotius (o), Vossius (p), Dilherrus (q), alii ostendere, quorum tamen scrinia nobis compilare non lubet; Autores indicasse contentis. Ejusque rei specimen vel ista, quæ *de Abrahamo, Israele, Just. de Moysè,* Hebræis itineris ex Ægypto duce, Tacitus (r) habent, præbebunt. At eadem, quæ Historica, ratione etiam ex ipsius Religionis dogmatibus aliqua Ethnicis innotuerunt: quæ ex Hebræorum fonte, non minus ac ista, profluentia, in Babylonios, Persas, Indos, Græcos, maximè verò in Ægyptios, vicinos istorum & hospites quondam, se exoneravere; à quibus postea pleraque reliquarum gentium Philosophos petiisse, idonei Autores testantur. Monet id Gentiles Justinus Martyr. *Et illi, inquiens (Majores scilicet Gentilium) multa per divinam providentiam coacti sunt, in rem nostram, eloqui, præsertim quotquot in* *Augustin. de Civ. Dei. XVIII. 8. ubi Lud. Voss. l. 9. Cocqueius lib. R. m. Idem de Trim. XXI. 8. Ph. Mornæus de Ser. Rel. Chr. c. 26. H. Grot. de V. R. Chr. lib. I. P. J. G. Voss. de orig. & prog. idol. l. c. 29. 30. J. M. Dilherr. de Cæc. col. Gen. ril. paris. gene. c. 2. et 3. Justin. XXVI. 2. Tac. Hist. l. 2. 3. & 4. s. Just. M. Orat. ad gent. p. 102.*

ε Clem. A- ptium peregrinati à Mose hujusq. posteris ad pietatem instructiores sunt redditi. Ho-
lex. Strom. rumque Philosophorum plurimos ab Auctoribus, tum Christianis, tum
l. l. p. 221. Gentilibus suis nominibus designatos reperire licet. Clemens Alexan-
11 p. 222. drinus (t) de Barbarica Græcanicaque Philosophia agens : Θάλης δὲ,
x Plutarcb. inquit, φοινίξ ἂν τὸ γένος, καὶ τοῖς Αἰγυπτίωι προφήταις συμβεβληκέναι
de Isid. & ἰσρηται. Καθάρως δὲ ὁ Πυθαγόρας αὐτοῖς γε τέτοις δι' ἑς ἑ πεποιήμετο, ἵνα
Osir. & de δη καὶ εἰς τὰ ἀδύτα κατελθὼν τῶι μουσικῶι παρ' Αἰγυπτίωι ἐκμάθοι φιλοσο-
Placit. Phi- φίας. Πλάτων δὲ, σὺν δεινέται τὰ κάλλιστα εἰς Φιλοσοφίαν ὡρᾶ τῶν βαρ-
lofophor. βάρων ἐμπροσθεταί. Εἰς τε Αἰγυπτίωι ἀφικέσθαι ὁμολογῶν. Thales autem, cum
l. l. c. 3. z Diog. esset Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
z Herodot. Laert. de Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
II. Laert. de Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
z Diog. Laert. de Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Laert. de Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
V. l. Philos. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
lib VIII in Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Pythag. p. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
568. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
a Lucian. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Tom. III. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Vitar au Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
ctio. p. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
102. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
b Hieron. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Tom III. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Epist ad Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Paulin. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
c Plato in Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Timao Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
p. 514. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
d Just. M. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
d. Orat. p. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
170. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
e Laert. in Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Plat. p. 190. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
f Apul. de Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Dogm. Plat Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
g Hieron. d Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Epist Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
h August. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
de Civ. Dei Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
VIII. 4. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
i Laert. in Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Thalet. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Cleob. Pla Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
tone, De- Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
mocrat. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
k Dem. a Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
pud Clem. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
Alex. Str. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
d. l. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
l Diod Sic. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
l. l. sub fin. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
m Just. M. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
de Orat. Phœnix genere, etiam cum Ægyptiorum Prophetis congressus esse dicitur : Sicut
 pto-
 rum Gentilium fidem, Justinus M. (m) simul significans, quantum
 illi

illi etiam hac in parte isthuc profecerint, Non etenim, inquit, vestrum alios quos latere puto, Diodori & caterorum, qui haec literarum monumentis mandantur, quandoq; studiosè Historias legentes, Orpheum & Homerum & Solonem, qui Atheniensibus leges scripsit, & Pythagoram & Platonem & nonnullos alios, qui Aegyptum adierunt, & Mosis libris adjuti sunt, postea eis, quae antehac falsa de Diis censuerant, contraria docuisse. Quod pluribus ibi persequitur. Quin propria opera ex ipsis Hebraeorum fontibus plura hausisse Græcos, graves Autores indicant. Innuit id, nisi fallor Justinus M. (n) *Moses*, dicens, antiquior est omnibus Græcorum Scriptoribus & quidquid de immortalitate animorum, de poënis inferorum, & rebus cælestibus, aut id genus aliis Philosophi vel Poëta prodiderunt, à Prophetis occasionem caperunt, tam sentiendi, quam eloquendi talia. Sic fit, ut his omnibus inesse videantur aliqua veritatis semina: Et respicit huc Clemens Alexandrinus (o), cui Plato, *Τὴν ἀληθεῖαν ἐξ ἐλληνικῶς τῶν φιλοσόφων, τὸ ἑνωσµα δὲ Ἑβραϊκῆς φιλοσοφίας ἀναζωπυρῶν*, Veritatem Philosophicam ita sectatus dicitur, ut Hebraica veritatis excitarit scintillam; eidemque Davidem non omnino ignotum fuisse significat. Quin idem (p) eundem *Ζηλωτῶν Μωϋσέως πόντος ἀριστον*, Mosis imitatore longè optimum, & (q) ἐξ Ἑβραίων φιλοσόφων, ex Hebraeis Philosophum vocat. Eumque multa (r) ex sacra Scriptura deprompsisse, Aristobuli, Hebraici scriptoris, Philadelpho coevi, auctoritate refert: Istud quoque Numenii Pythagoræi allegans, *Τί γὰρ ἐστὶ Πλάτων ἢ Μωϋσῆς Ἀτικίζων*; Quid est Plato aliud, quam Moses Atticissimus? Imò fuisse, qui putarint illum in Aegypto degentem, Hieremiam, post captam everfamque Hierosolymam, illuc profectum audiisse, aut saltem Scripturas Propheticas in ista peregrinatione legisse, Augustinus (s) memorat: Quisquamvis utrumque ibi ex supputatione temporis, quo Plato Hieremiam multo post secutus sit, Versionem verò Græcam, Ptolomæi auspiciis adornatam, præcesserit, refellat, istud tamen fieri potuisse arbitrat, ut vir iste, acerrimi videlicet, ut Augustinus loquitur, *studii*, sicut Aegyptias, ita & Hebraicas per interpretem didicerit, non ut scribendo transferret, verba hæc Augustini sunt, sed ut colloquendo quid continerent, quantum capere potuisset, addisceret. Quam conjecturam uno atque altero Platonis loco, cum S. Scriptura collato, confirmat, aded ut penè se assentiri fateatur. Platonem illorum librorum expertem non fuisse. Quin ne isti quidem de versione Græca Platonem demum secuta objectioni multum roboris inesse ex Eusebio (t), L. Coquejus (u) observat, apud quem Aristobulus asserit, jam ante Alexandri, imò Persarum imperium, quinque Mosis libros in Græcam linguam quamvis non aded commodè translatos fuisse. Cæterum de aliis etiam Philosophis non minus ac Platone iterum Clemens (x): *καὶ ὅλως, αἰτ, ὁ Πυθαγόρας καὶ οἱ ἀπ' αὐτῆς οὐδ' ἢ Πλάτωνι μάλιστα τῶν ἄλλων φιλοσόφων σφόδρα τῷ νομοθέτῃ ἀμίλησαν, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν συμβαλέσθαι τῶν δογμάτων. καὶ κατὰ ἕνα μαντείαις ἔσχεον φήμην, ὅτι ἀεὶ σὺδραμόνητες ἔνισι παρὰ φητικαῖς φωναῖς, τὴν ἀληθεῖαν*

n Id. Apol.
2. pro Chr.
lib. II. p. 171.

o Clem. Alex. Padag. lib. II. c. 1.

sub fin. p. Padag. lib. III. c. 2.

p. 129.

q. Sirom.

lib. I. p. 200.

r d. lib. I.

p. 251.

s Aug. de Civ. Des VIII. 12.

t Euseb. de præp. E. Aug. XIII.

7.

u L. Coq. ad

Aug. d. C. I.

III.

x Sirom.

L. V. p. 408.

κτ' ἄλλα μέρη καὶ εἶδη ἀγαθόντες, παρομοίαις οὐκ ἀφεγγέσιν, ἐδ' ἔχθηεν τῆς
 τῶν πραγμάτων δηλώσεως πορδουμένηαι ἐπιμησεν, τῆς περὶ τὴν ἀλήθειαν οἰ-
 κειότητος ἐμφασιν εἰληφότες. Ὅθεν ἡ μὲν Ἑλληνικὴ φιλοσοφία τῇ ἐκείνης θρυ-
 αλλίδι ἔοικεν λαμπρόνι, ἣν ἀνόπισιν ἀνθρώποις ὡς ἄλλοις κλέπτοντες ἐν-
 τέχνως τὸ Φῶς, Et in summa Pythagoras, & qui sunt ex eo cognominati, unà cum
 Platone maximè ex aliis Philosophis usi sunt Legislatore, (Moyse nimirum) ut con-
 jici potest ex ipsis dogmatibus: & cum per rectè conjectantem famam Divinationis,
 non absq; instinctu divino, concurrissent, cum quibusdam vocibus Prophetis, & verita-
 tem per partes & species tractassent, non obscuris appellationibus, nec extra rerum
 declarationem conjunctionis, quæ intercedit cum veritate. Unde Græca quidem Phi-
 losophia est, similis illuminationi, quæ sit ex scirpo quem homines accendunt, lucem arti-
 ficiose à sole suffurati. Imò ab isto, quem diximus, Aristobulo plures li-
 bros fuisse conscriptos, quibus probaverit, τὴν περὶ ἀληθείαν φιλοσοφίαν
 ἔκτε τῆς κτ' Μωϋσῆος νόμου καὶ τῶν ἄλλων ἡρώτων περὶ Φητῶν. Philosophiam Pe-
 ripateticam ex lege Mosis & aliis dependisse Prophetis: Clemens (y) recenset, in-
 stitutum hac de re isto loco sermonem hifce concludens (z): *Ἐκ τῆς Βαρβα-
 ρικῆς φιλοσοφίας πᾶσαν φερομένην τὴν παρ' Ἑλλήσιν φιλοσοφίαν. Omnem quæ
 est apud Græcos sapientiam, esse à Barbara (quæ potissimum Hebraicam desi-
 gnat) sumptam Philosophia. Idem alibi (a) Clearchum Peripateticum te-
 stem citat, affirmantem, se Judæum novisse, quo Aristoteles fami-
 liariter u's sit, quibus, quæ, modò de Philosophia Peripatetica re-
 tulimus, non parùm firmantur. Quin fuisse, Clemens asserit, qui Py-
 thagoram, Ezechielis Prophetæ discipulum, fecerint, quibus tamen ipse
 fidem derogat. Idem de Numa (b): *Νεμῆος δὲ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς Πυθα-
 γόρου μὲν ἦν. Ἐκ δὲ τῶν Μωϋσῆος ἀφελήθεις διεκώλυσεν ἀθρησκειδῆ καὶ
 ζωομορφον εἰκόνα θεῶν Ῥωμαίους κτίζεν. Numa autem Rex Romanorum erat qui-
 dem Pythagoreus, ex iis autem, quæ de Mose tradita sunt, adjutus, prohibuit Romanis,
 ne homini aut animali similem Dei facerent imaginem. Eoque respiciens Ambro-
 sius (c) Pythagoram, ex populi Judaici disciplina magisterii præcepta de-
 rivasse, tradit. Atque alibi (d) Gentilium præcepta, moralia illa qui-
 dem, adeoque & extra revelationem rationis judicio monstrata, de co-
 hibenda ira referens: *Hæc, subjicit, Oratores seculi de nostris usurpata in suis po-
 tuere libris. Pari modo & Stoicorum illud (e), de Mundo, ipsoque homi-
 ne hominis causa creato, ex Gen. I. 26. Ps. VIII. 7. & Gen. II. 18. ut &
 Aristotelis (f), Panætii, Tullii, de repellenda à socio injuria, ex Mosis
 exemplo, Hebræum adversus Ægyptii injurias defendentis ac Salomo-
 nis (g) quodam dicto, desumpta existimat. Denique rectissima quæque
 Gentilium, divinis literis accepta referens (h), *Nostra sunt utiq;, dicit,
 quæ in Philosophorum literis præstant. Quin & ex nostris Joannes Musæus (i),
 celeberrimæ eruditionis Theologus, fatetur, non forsan planè negari
 posse, Platonem aliosque ex antiquis Philosophis quorundam myste-
 riorum qualemcunque notitiam habuisse, non equidem ex aliqua su-
 pernatu-****

y d. lib. V.
p. 434.

z in fin. d. l.

a in fin. d. l.

b Eod. l.

c Ambros.

lib. I. epist. 6

d Off. I. 21.

e d. lib. I.

cap. 28.

f d. lib. c. 36.

g Proverb.

XXXIV.

h Ambros.

d. Bon. Mor.

ris c. II. sub

fin. add. Id.

de Abra-

mo lib. II.

i Joann.

Mus. de

Usu Princ.

Ration.

contr. Ve-

del. lib. III.

c. 9. §. 13.

pernaturali revelatione à Deo, sed ab Israelitis fortè accepta, licèt, ut ipse adjicit, nec rectè ea intellexerint, nec crediderint.

VI. Atque hæc est ista Philosophia ex naturali nempe ratione atque traditione composita, etiã ab Ecclesiæ Doctoribus tanti habitã, ut Christianæ quoque Religioni inde quid subsidii accedere confessi sint.

Ἦν μὲν, Clementis Alexandrini (a) verba refero, ἐν τῷ τῷ Κυριακῆς παρηγοίας εἰς αὐτὴν δὲ δικαιωσάντων Ἑλλήσιν ἀγαθαῖα φιλοσοφία. Νυνὶ δὲ χρησίμη πρὸς θεοσέβειαν γίνεται, ὡς παλαιὰ τις ἔστι τοῖς τῶν πίστευ δι' ἀποδείξεως καρπυμένοις. ὅτι πᾶς σε φησὶ, ἢ μὴ προσκέψη, ἵπτι τὴν ἀνοσίαν τὰ καλὰ ἀγαφέροντα, ἔάν τε ἑλληνικὰ εἶ, ἢ ἄν τ' ἡμέτερα. Πάντων μὲν γὰρ αἰτιῶ τῶν καλῶν ὁ θεός, ἀλλὰ τῶν μὲν καὶ ὡσηγμένον, ὡς τῆς τε Διαθήκης τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς νέας, τῶν τε κατ' ἐπαχθλῆμα, ὡς τῆς φιλοσοφίας κλ. Atq; erat quidem ante Domini adventum Philosophia Græcis necessaria ad justitiam, nunc autem est utilis ad Dei cultum & pietatem, iis qui colligunt fidem per demonstrationem. Quoniam pes, inquit, tuus non offenderit, si qua bona sunt ad Dei providentiam referas, sive Græca sint, sive nostra. Omnium enim bonorum Deus est causa, sed aliorum quidem principaliter, ut Testamenti Vet. & N. aliorum autem per consequentiam, ut Philosophia. Fortè autem principaliter tunc etiam Græcis data fuit, priusquam Dominus quoq; Græcos vocasset. Nam ipse quoq; Græcos Pedagogi more ducebat, sicut Lex Hebræos ad Christum. Præparat ergo Philosophia, viam faciens, quæ à Christo perficitur. Quod confirmat suo exemplo Augustinus (b), Philosophiã, ad quam lectione libri Ciceronis, Hortensii titulo insigniti, perlectum se narrat, ad Dei quoque affatum se incensum professus. Idem Clemens cum illud Apostoli ad Colossenses (c), à Philosophia cavere jubentis, de Epicureã, Providentiæ divinæ adversante, explicasset, Ἡ γὰρ, subjungit (d), κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν φιλοσοφία ἴσῃσι τῶν ἀνοσίαν καὶ βεβαιόι, Quæ est enim secundum traditionem divinam Philosophia, constituit & confirmat Providentiam. Atque aliquantum inferiùs (e): Εἰ μὲν μὴ καταλαμβάνει ἡ ἑλληνικὴ φιλοσοφία τὸ μέγεθος τῆς ἀληθείας, ἐτι δὲ ἐξαοθενεὶ πρᾶττειν τὰς κυριακὰς ἐντολάς, ἀλλ' ἐν γὰρ προσκατασκύβει τῶν ὁδῶν τῆ βασιλικῆς διδασκαλίας, ἀμνησῆσι σωφρονίζουσι, καὶ τὸ ἡδὲ προστυπῶσι καὶ προσύφουσι εἰς ὁδοχὴν τῆς ἀληθείας τὴν ἀνοσίαν διδάσκοντες. Si non comprehendat quidem Græca Philosophia veritatis magnitudinem, ut est adhuc imbecilla ad mandata Dei exequenda, at regali quidem maxime doctrina viam præparat, utcumq; castigans & mores formans, & ad suscipiendam veritatem confirmans eum, qui opinatur providentiam: Quod spectant, quæ alio loco (f) differit, quantum ad inquirendam veritatem Philosophia conducatur; Qui & alibi (g): Ὁ αὐτὸς θεός ἀμφὸν τῶν Διαθήκων χρηστὸς ὁ καὶ τῆς ἑλληνικῆς φιλοσοφίας δοτὴρ τοῖς ἑλλήσιν, δι' ἧς ὁ παντοκράτωρ παρ' ἑλλήσιν δόξαζε, παρέσῃσεν, Idem Deus suppeditavit utrumq; Testamentum, qui etiam Græcis dedit Græcam Philosophiam, per quam Omnipotens à Græcis gloriã afficitur. Quem in sensum, τὴν φιλοσοφίαν ἑλλήσιν οἶον Διαθήκῃ οἰκείαν δι-

δόξα ἰσοβάθρον ἔσται τῆς Χριστιανῆς φιλοσοφίας, Philosophiam Græcis veluti proprium datum esse testamentum, tanquam fundamentum Christiana Philosophia, dicit. Quibus non malè congruit, quòd Philosophorum esse, de Deo, verba facere, de Monarchia & unius ingenio atque Providentia semper inquirere, munusque Philosophiæ esse, de Deo scrutari, assentiente Justino,

h Just. M. Tryphon innuit: Atque ipse Justinus (h), quo loco Philosophiam habeat, indicaturus: *Revera, ait, Philosophia est possessio præcipua & Deo carissima, cui nos adductos sola commendat: suntque hi verè sancti, qui ad eam applicant animum.* Celebraturque in primis Platonis doctrina, quam à Christi præceptis alienam non esse Idem, qui ipse sectator quondam ejus fuerat,

i Idem A Justinus Martyr (i) fatetur, ab Augustino (k) quoque omnibus reliquis Philosophorum sectis prælatam: qui etiam alibi (l) (quanquam nimis in illos eorumque Auctorem congestæ laudis postmodum cum penituerit) apud Platonicos, quod sacris literis non repugnet, reperiri posse confidit; adeò ipsius judicio (n) Christianæ Religionis propinquos, ut eos, quinati prædicatiq; Christi tempora vivendo antevertere, si post illa cum Christianis agere potuissent, paucis mutatis verbis atque sententiis Christianos futuros fuisse affirmet, sicut plerique recentiorum suorum temporum Platonici fecerint. Quos etiam, cum Antecessores ipsorum minus sibi auctoritatis, ad persuadenda populo dogmata sua, inesse conscii, ea tegere magis, quam proferre suevissent, postea, cum

k August. de Civ. Dei VIII. 14. seqq. 12. l add Tom. 1. contr. Acad. III. 18 Guls. m Idem I. Christi nomen (quo cum videlicet ipsis maximè conveniret) terrenis regnis admirabilibus periurbatisq; crebresceret, emergere cœpisse, ad proferendum atq; aperendum, quid Plato sensisset, alio loco (o) observat. Ex quo intelligi idem ait, Ipsos quoq; Platonicæ gentis Philosophos, paucis mutatis, quæ Christiana improbet disciplina, Christo pias cervices oportere submittere. Unde & L. Cœlius Rhodigi-

Epist. 57. nus (p) advertit, verè dici ac prædicari, Platonem, demutatis paucis, fore Christianum. Quin in tantum Platonis amore atque admiratione quosdam prolapsos esse, ut de libris illius etiam ipsum Christum profecisse contenderent, ideo ab Ambrosio peculiari scripto (quod tamen extare desinit) refutatos, idem, quem antè laudavimus, Augustinus (q) testatur.

q August. Tom II E. Neque tamen aliis Philosophorum sectis, quæ huc conducirerent, uti nec Platonicis sui nævi defuere; ita ut non nisi penès universas deprehendere liceret, quæ singulæ non suppeditabant. Quam in rem egregiè Justinus Martyr (r): Nam, inquit, singuli horum partem aliquam divinæ rationis insitam sibi connatamq; cernentes bene locuti sunt. Quidquid ergo apud omnes scriptores rectè dicitur, id nostrum est Christianorum. Ceterum scriptores omnes per inditum sibi & nativum rationis semen non nisi obscure potuerunt rationem videre. Aliud enim est semen quoddam & incitamentum, quoad fieri potest, aliud, à quo gratia hæc & facultas promanat. Quibus similia Clemens (s): Σύμπαντες ἐν Ἑλλησίν τε καὶ Βάρβαροι, ὅσοι πᾶσι θεοῦ ὠρέθησαν, οἱ μὲν ἀπὸ λόγου, οἱ δὲ μὲρ ἑπιπέσει ἀπὸ τῆς αληθείας λόγου ἔχοντες ἀναδραχθεῖεν. Universi ergo Græci ac Barbari, quicunq; veritatem desiderant, alii quidem non paucos, alii verò partem aliquam, si modo

Tom II E. pif. 34 ad Paulin sub fin & Tom. III. de doctrin. Chr. lib. II. c. 28. Id Apol. præ Christ. 18. sub fin s Clem. A hex Strom. 1218. 219.

Tom II E. pif. 34 ad Paulin sub fin & Tom. III. de doctrin. Chr. lib. II. c. 28. Id Apol. præ Christ. 18. sub fin s Clem. A hex Strom. 1218. 219.

Tom II E. pif. 34 ad Paulin sub fin & Tom. III. de doctrin. Chr. lib. II. c. 28. Id Apol. præ Christ. 18. sub fin s Clem. A hex Strom. 1218. 219.

modò ullam, Veritatis Verbi habere ostendit possunt. Et paucis interjectis: "Οὐτως ἔν ἢ τε Βάρβαροι, ἢ τε Ἑλληνικὴ φιλοσοφία τὴν αἰδίον ἀλήθειαν σὺν ἄλλοις μόνον ἴνα τῆς δι᾽ ἑὸν λόγον ἔσ᾽ ὄντος αἰεὶ θεολογίας πεποίηται. Ὁ δὲ τὰ διηρημένα συναθροίσας, καὶ ἐνοποιήσας, τέλειον τὸν λόγον ἀκινδύνως εὐ ἰσθ᾽ ὅτι κατὰ τὴν τὴν ἀλήθειαν. Sic ergo & Barbara & Græca Philosophia æterna veritatis avulsam quandam particulam ex Verbi, quod semper est, Theologia decerpit. Qui autem divisa rursus composuerit, & perfectum unum verbum fecerit, scias futurum ut veritatem citra periculum contempletur. Quin plenius adhuc Lactantius (1), ^{t Lactant de Div. Instit. VII. 6.} facile ostendi posse, ratus est, penè universam veritatem p. r. Philosophorum sectas esse divisam, nullam quippe sectam fuisse tam deviam, nec Philosophorum quenquam tam inanem, qui non viderit aliquid ex vero. Ita ut, si extitisset aliquis, qui veritatem sparsam per singulos per sectasq. diffusam, colligeret in unum, ac redigeret in corpus, à Christianis non sit dissensus. Eoque respiciens Augustinus (u), ^{u August. de Civ. Dei VII. 9.} Quicumq. igitur Philosophi de Deo summo & vero ista senserunt, quòd & rerum Creatorum sit Effector, & Lumen cognoscendarum, & bonum agendarum, quòd ab illo nobis sit & principium naturæ, & veritas doctrine & felicitas vitæ: sive Platoni accommodatius nuncupentur, sive quodlibet aliud sectæ suæ nomen imponant: sive tantummodo Jonici generis ista senserint, sive etiam Italici propter Pythagoram & Pythagoreos & si qui fortè alii ejusdem sententia in id idem fuerunt. Sive aliarum quoq. Gentium, qui Sapientes vel Philosophi habitus sunt, Atlantici, Lybici, Ægyptii, Indi, Persæ, Chaldaei, Scythæ, Galli, Hispani aliq. reperuntur, qui hoc viderint ac docuerint, eos omnes cæteris anteponimus, eosq. nobis propinquiores satemur. Atque hanc quæ sc. non certæ sectæ addicta, sed quæcunque apud quasvis earum recta deprehenderentur, & veritatem per singulos sparsam, unum velut in corpus, colligat, se, dum Philosophiam, laudat, commendatq. intelligere, Clemens Alexandrinus (x) monet: φιλοσοφίαν ᾗ, inquit, & τὴν ^{x Clem. Alex. Strom. lib. I. p. 212.} Στωικὴν λέγω, & δὲ τὴν Πλατωνικὴν ἢ Ἐπικυρείου τε καὶ Ἀριστοτελικὴν, ἀλλ᾽ ὅσα εἴδη παρ᾽ ἐκάστη τῶν αἰρέσεων τῶν καλῶς, δικαιοπύλου μὲν & σεβῆς Πιπτήμης ἐκδιδάσκοντα, τῶν σὺν παντὶ τὸ ἐκκλητικὸν φιλοσοφίαν φημί. Philosophiam autem non dico Stoicam, nec Platoniam, aut Epicuream & Aristotelicam, sed quæcunque ab his sectis rectè dicta sunt, quæ docent Justitiam cum pia scientia, hoc totum selectum, dico Philosophiam. Et alibi (y): Εἴη δὲ ἂν φιλοσοφία, τὰ παρ᾽ ἐκάστη ^{y Strom. lib. VI. p. 463.} τῶν αἰρέσεων, τῶν κατὰ φιλοσοφίαν λέγω, ἀδιάβλητα δογματὰ μετὰ τῶν ὁμολογούμενων βίαι, εἰς μίαν ἀθροισθέντα ἐκλογὴν. Est autem Philosophia, quæ in unaqueq. heresi, (de his loquor, quæ sunt in Philosophia) reprehendi non possunt decreta, cum vita congruente in unam electionem.

VII. Ne tamen in vulgus publicata vilescerent, sancto quodam silentio diviniora dogmata involuta tenere Ethnicorum Theologi. b ^{b Clem. Alex. Protrepti p. 36.} Orpheus citante Justino M. (a) & Clemente Alexandrino, (b) de Deo verba facturus:

Φθγγόμεν οἷς ἡμεῖς ἐστὶ, ἡύρας δὲ ἐπιθεοῦ εἰ βέβηλοι
 Πάντες ὁμῶς; σὺ δ' ἄνευ Φάειο Φόρου ἔκρονε μῆνης
 Μισοῦ, ἐξέρω γὰρ ἀληθεῖα.

Effabor quicis fas est, aures claude prophane,
 Quisquis es, illustri Musæ sed edite Luna

Audi, vera loquor :

Ex quo illud, ἡύρας δὲ ἐπιθεοῦ εἰ βέβηλοι: Sermoni præmiffisse Sacerdotes Ægyptios, quoties Deorum fuorum fata recenserent, Lucianus (c) innuit. Pythagoras veneranda doctrinarum mysteria, ab exactissima mentis expiatione, ut Marfilii Ficinus (d) observat, exordiri solitus, Sacrum quem conscripsit sermonem, referente Laërtio (e) ita or-

c Lucian.
 Tom. III de
 sacrif. sub
 fin.
 d Marfil.

Argum.

Ep. II. Plat.

c Diog. La.

ert. in Py-

thag. p. 571.

f Marfil.

Fic argum.

in Plat. d.

Ep. II.

g ap Cic de

N. D. lib 1.

h Diog La.

ert. in Vit.

Stilpon. p.

166.

ὦ νέοι, ἀλλὰ σέεοθε μεθ' ἡουχίας τάδε πάντα.

O Juvenes tacitâ colite hæc pia sacra quiete.

Unde illud Lyfidis Pythagorei ad Hipparchum, haud pium esse, mysteria Philosophiæ cum his communia facere, quibus animus non purificatus, ideoque censerī oportere, quantum temperis in abstergendis maculis, suis inuistis pectoribus, exegerit, priusquam præceptis Pythagoræ addiscendis animum adjiciat, ut Marfilii refert (f). Et Cottæ (g) ad Vellejum obscurius loquentem: Nec tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos: nec consulto dicis occulte tanquam Heraclitus: sed quod inter nos liceat, ne tu quidem intelligis; obscuritatem illam, non dicentis proposito, sed ejus, aut rei vitio tribuens. Pariter Stilpo (h) à Cratete rogatus, An Dii precationibus ac divinis honoribus gaudeant? Περί τῶτων μὴ ἐρώτα, ἀνήτα, ἐν ὁδῶ, ἀλλὰ μόνου. Noli me Fatue invidia de hisce rogare, sed solum ac seorsum. Et Bias interroganti, An Dii essent?

Οὐκ ἀπ' ἐμῶ σκεδίσσεις ὄχλον ταλαπείρα πέεεου;

Tunc senex turbam à nobis propellere curas?

Et Pindari istud: Μὴ πῶς ἀπαντας ἀπαρήξαι τὴν δευχάϊον λόγον, εἰδ' ὅτι πιστοτάταις σιγῆς ὁδοῖς: Non apud omnes licere veterem aperire orationem, præterquam fidelissimis silentii viis. Citat Clemens (i) atq; istud Chryssippi Laërtius (k):

i Strom. I.

p. 216.

k Laert.

Chrysp. p.

555.

l Apul.

Dial Herm.

Trismeg.

Ὁ λέγων τοῖς ἀμυήτοις τὰ μυστήρια, ἀσεβῆ. Qui mysteria prophanis dicit, impius est. Ita apud Apulejum Hermes (l) Trismegistus de divinis rebus sermonem cum Asclepio instituturus: Præter Ammonem, inquit, nullum voca alterum, (qui sc. sermoni interfit) ne tantæ rei religiosissimus sermo multorum intervntu præsentia, violetur. Tractatum enim tota Numinis Majestate plenissimum, irreligiose mentis est, multorum conscientia publicare. Et postquam de Deo verba fecisset, Vos, dicit, ὁ Τάτι, ὁ Ἀσλεπὶ, ὁ Ἀμμων, intra secreta pectoris, divina mysteria, silentio tegite, ὁ ταχυρνιτate celate. Sic & Socrates ad Theætetum

m Plat. in

Theætet p.

120.

n Id. Ep. II.

ad Dionys.

apud Platonem (m): Ἀθρεῖ δὲ πῶς εἰσοπῶν, μὴ τις τῶν ἀμυήτων ἐπακχέει, de divinis rebus scribens; εὐλαβεσμεν τοι, monet hunc, μήποτε ἐκπέσῃ

τιμῶτα.

ταῦτα εἰς αὐθρόπυς ἀπαμείβεται, Cave tamen, ne excidant hęc inquam in au-
res hominum disciplina eruditionisq; expertium: adjecta ratione, Σχεδὸν γδ, ὡς
ἔμοι δοκεῖ, οὐκ ἐστὶ τῶν πρὸς τὰς πολλὰς καταγελαστέρα ἀκρίσματα. Οὐδ'
αὐ πρὸς τὰς Ὀφείεις ἰαυμαστέρα τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα. Nulla sunt enim,
ut mea fert opinio, quę dicta ad populum magis ridicula videantur: neq; quę apud
ingeniosos prolata, magis mirabilia & divina. Ita & Theseus apud Senecam (o)
ex inferis redux, quę ibi viderat, enarraturus, veniam Plutonis præfer-

o ap. Senec.
Her. 11.
fur. act. III.
stem. 2.

Fas omne Mundi, teq; dominantem precor.
Regno capaci, teq; quam totā irrita
Quęsivit Ennā mater, ut Jura abdita,
Et operta terris liceat impunè eloqui.

Atque Menippo iridem (p) ex inferis reverso, decreta quędam, quę ibi p
audierat, referre detrectanti, obtento metu, ne fortè apud Rhadaman-
tum impictatis accusaretur, eam sollicitudinem dempturus, Philonides:
Μηδαιμῶς, αἰτ, ὦ Μένιππε, πρὸς τὸ Διὸς, μὴ φθονήσης τῶν λόγων φίλων ἀνδρῶν.
Πρὸς γδ εἰδὸτα σιωπᾶν εἰρῆς τὰ ἄλλα, καὶ πρὸς μεμνημένον, Nequaquam Me-
nippe per Jovem: ne amico sermonem hunc invidias: Nam apud hominem tacendi gna-
tum & initiatum preterea sacris edifferes. Plotinus (q), Platonice sectę Philo-
sophus, de Visione atque Fruitione Dei loquens: Τῶτο, inquit, δὴ ἐθελον
δὴλᾶν τὸ τῶν μυστηρίων τὸδε ἐπίταγμα τὸ μὴ ἐκφέρειν εἰς μὴ μεμνημένους,
Hoc igitur mysteriorum talium institutio indicat, ubi vetat, id hominibus nondum ini-
tialis expiatisq; patefacere. Alludit huc Lucianus (r) rursus, apud quem
gallus gallinaceus olim Pythagoras, jam ex hujus d gmate galli formā
indutus, hero Micyllo fata sua & corporum quę inierat, vicissitudi-
nem, narraturus, illud tamen referre abnuvit, quomodo primum anima
in terram delata, istam sortem subierit, Οὐτὲ ὅσιον, inquit, ἔτε ἔμοι:
εἰπῆν, ἔτε τοι ἀκρίβει τὰ τοιαῦτα, Neq; mihi referre fas est, neq; tibi ejusmodi au-
dire. Et apud eundem (s) Parrhisiades seu ipse potius Lucianus: Οὐκ ἔν ην
dicit, πᾶν τῶν μεμνημένων ἰδῶν, ἐξαγορεύοντα τῶν θεῶν τὰ δοκῶντα, καὶ
ἐξορχόμενον, ἀρρονακλήσω, καὶ διελεγξω, ἐμὲ τὸν ἀσεβῆτα ἠρήσομαι εἶμαι;
Nunquid igitur, si initiatum quempiam viderem occulta prodentem, & in publicum ef-
ferentem mysteria, ideoq; indignarer, & prehenderem, me impium esse existimaveris?

p ap. Eua-
ciap. part.
II. Nécrom.
p. 101.

q In En-
nead. VI. 9.
ult.

r Luciani.
Tom II.
Gallo p. 613.
614.

s Tom II. p. 169.
scat. si. re-
f. p. 169.

VIII. Ita aut omnino de talibus in publicum filebant, aut si quę
dicerent, iis verborum involucris sensus suos tegebant, ut nisi iisdem
dogmatibus jam imbuti, eos haud ita facilè deprehenderent. Pherecy-
des (a) scripta sua Thaleti mittens, "Αἰσα δὲ ἂν Ἰππλέγη θεολογέων, τὰ
ἄλλα χερὶ νοεῖν ἅπαντα γδ ἀκρίσματα, Fortè quędam de Theologia reservavi; cę-
tera intelligere oportet, omnia enim indico potius quam aperio; aut ut, levi Græco-
rum verborum mutatione, ita vertit Casaubonus: Quęcumq; (scilicet le-
ges) ad Decs pertinentia, allegoricè sunt intelligenda, omnia enim scripta sunt eni-
gmaticè

a Ezeres
Pherecyd.

γὰρ καὶ ἄσπερτες ὄντες, Ideo Ægyptii ante Templum ponunt sphingas, quia doctrina,
 qua de Deo, enigmatica est, & obscura. Εἴηγε (i) ἀλλὰ καὶ οἱ ὄντες τῶν τῶν i d. l.
 Προφητῶν τῶν θεολογίαν διδασκόμενοι ποιητῶν δι' ἰσπανίας πολλὰ φιλοσοφῶ-
 σι. Τὸν Ὀρφέα λέγω, τὸν Λίνον, τὸν Μυσοῦνον, τὸν Ὀμηρον, τὸν Ἡσίοδον καὶ τὸς
 πρῶτον σοφῶν ὄντας. ἅμα δ' αὐτοῖς πρὸς τὸς πολλὰς ἢ ποιητικὴ ψυχαγωγία
 ἄνευροι τε καὶ σύμβολα, ἀφανέστερα πάντα τοῖς αἰθρώποις. Quin etiam Poeta,
 qui à Prophetis didicere Theologiam, per arcana sensa multa philosophantur, Orpheus
 inquam, Linus, Musæus, Homerus, Hesiodus & qui ea sunt ratione sapientes. Velum au-
 tem ei apud vulgus est, poetica delectatio somniarum, & symbola, quæ sunt omnia homi-
 nibus obscuriora. Atque in eundem sensum, postquam apparatus sacrum
 Tabernaculi Mosæi allegoricè explicasset, & sacra ista Sacerdotibus cre-
 dita notasset, subjungit (k): "Ὅθεν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ἐπὶ τῶν ἐπιτυχῶσι τὸ ὄντες k p. 413.
 σφίσι ἀνετίθεντο μυστήρια, ἔδωκε μὲν βεβήλοις τῶν τῶν θεῶν εἰδῆσιν ἐξέφε-
 ρον, ἀλλ' ἢ μόνους γε τοῖς μέλλουσιν ἐπὶ βασιλείαν περιέναι, καὶ τῶν ἱερέων τοῖς
 κεραιῶσιν ὀλοκωμάτων ἕνεκα τε τῆς τροφῆς καὶ τῆς ποιητικῆς καὶ ἑξ ἑξῆς.
 Unde etiam Ægyptii non quibuslibet ea, quæ erant apud ipsos committebant mysteria,
 neq; rerum divinarum cognitionem deserebant ad profanos; (Quemadmodum &
 apud Gallos veteres, quanquam in reliquis ferè rebus publicis priva-
 tisque rationibus ii literis alioqui uterentur, Druides tamen fas esse non
 existimabant, dogmata sua literis mandare, eam, Julii Cæsaris (l) judi- l Jul. Cæs.
 cio, ob rationem, quod in vulgus disciplinam efferi nollent.) sed ad de B. Gall
 eos solos, qui erant ad regnum perventuri, & ex sacerdotibus iis, qui iudicati fuerant l. VI. c. 133.
 probatissimi, & educatione, & doctrinâ, & genere. Et post multa hanc in rem
 dicta ad aliarum etiam Gentium Philosophos transiens: Eorum enim, per-
 git (m), qui sæpe ad eos accedunt, & dederunt sui experientiam & in fide & in vita uni- m pag. 418.
 versa, solum esse volunt (Philosophi) eam, quæ verè est, Philosophiam & veram Theo- 419.
 logiam. Jam verò nos quoq; volunt opus habere aliquo interprete, & duce. Sic enim
 fore ut majus in eam studium conferatur, & minimè decipiantur, cum accipiunt ab iis,
 qui norunt & profunt iis, quos se esse dignos, existimarunt. Et alioqui omnia, quæ osten-
 dentur per aliquod velamentum, majorem & præclariorem ostendunt veritatem, sicut
 fructus, qui in aqua pellucunt, & forma quæ per tegumenta concedunt aliquam sui evi-
 dentiam. Aliquid enim addunt splendori, &c. Jam enim nec quibuslibet volunt omnia
 exponi temerè, nec communicari bona sapientia, iis qui nec in somnis quidem sunt animâ
 expurgati, neq; quibuslibet verbi narrant mysteria. Ajunt certè, Hipparchum Pytha-
 goreum accusatum, quod aperta scripsisset Decreta Pythagoræ, expulsus fuisse ex scho-
 la & ob id ipsum, tanquam mortuo, impositam columnam fuisse. Non solum autem Py-
 thagorei, & Plato multa occultabant, sed & Epicurei dicunt, quadam esse apud se ar-
 cana, & non permittere omnibus, ut ea scripta legant. Quin & Stoici dicunt, à Zeno-
 ne primò quadam fuisse conscripta, quæ non facillè permittunt legere discipulis, quorum
 non prius factum fuerit ab ipsis periculum, an germanè & sincerè philosophentur: Ari-
 stotelici quoq; dicunt ex suis scriptis alia quidem esse ἑσωτερικά, id est, interna, alia
 ἑξωτερικά, hoc est, externa. Quin etiam ii, qui fecere mysteria, cum essent Philoso-
 phi,

phi, sua dogmata obscuraverit fabulis, ut non essent manifesta omnibus, sed neq, ea, quæ sunt barbara Philosophia, neq, fabula Pythagorica, neq, quæ apud Platonem in Republica ab Armevio & in Gorgia ab Æaco, & Rhadamanto, & in Phadone fabula Tartari, & in Protagora Promethei & Epimethei, &c. non sunt in omnibus exponendæ allegoricè, sed quæcumq, universam & generalem continent sententiam. Atq, hæc cerè invenimus significari per Symbola sub velo allegoria. Quin etiam Pythagora consuetudo, (quod Gellius (n) quoque attestatur) & quæ cum familiaribus erat duplex conjunctio, vocans quosdam ἀκροαταίους, id est, Auscultatores, quosdam Mathematicos, qui sincerè ac germanè attingebant Philosophiam, significabat aliud quid dictum fuisse, aliud verò fuisse à multis occultatum. Quæ Latinè tantùm adscribere volumus, prolixitati vitandæ. Atque eundem in modum etiam Academicos, occultanda sententiæ suæ causâ, ne ab eis temerè pollutis mentibus & quasi prophanis quadam veritatis sacra proderentur, pleraque sua sacra tradidisse, Augustinus (o) conjectat, tractâ videlicet ex Platonis quibusdam dogmatibus occasione, inter Successores ejus, ut eidem videtur, pro mysteriis, servatis & custoditis, ut quæ non facillè perciperentur, nisi ab iis, qui se ab omnibus vitiis mundantes, in aliam quandam plusquam humanam consuetudinem vendicaverint; graviter ideò peccaturo, quisquis ea sciens quosvis homines docere voluisset; aded ut, quæ rursum Augustini suspicio est, etiam Zeno, Stoicorum Princeps, cum post auditos jam alios Philosophos, Scholam quoque Platonicam frequentaturus esset, Polemoni, qui Scholæ tum præerat, in idoneus visus sit, cui Platonica illa velut sacrosancta decreta facillè prodi committique deberent, priusquam dedidicisset ea, quæ in illam Scholam ab aliis accepta detulerat. Atque Idem iterum (p); cum inter alios Philosophos deteriora sentientes, si non solos, præcipuos saltem Platonicos fuisse, retulisset, istud adjicit, eos cum frustra id se hominibus ad terrenâ proclivioribus inculcaturus animadvertent, sententiam suam tegere quærendam, quàm polluendam proferre maluisse.

IX. Eamque viam iniisse, imò præivisse sacros utriusque Fœderis Scriptores, Ecclesiæ Doctores agnovere, ipsi quoq; illam ingressi. Ita quippe Justinus Martyr (a): Scis, quòd quidquid dixerunt & fecerunt Prophete, similiudinibus figurisq, texerunt ne facillè pleraq, intelligantur ab omnibus, ita ut laborandum sit, in quaerenda eruendaq, veritate. Non enim, quod Ambrosius (b) dicit, omnes vident alta mysteriorum, quia operiuntur à Levitis, ne videant, quæ videre non debent, & sumant, quæ servare non possunt, Moyses denique circumcissionem vidit spiritalem, sed operuit eam, ut in signo circumcissionem præscriberet; vidit & azyma sinceritatis & veritatis, vidit passionem Domini; operuit azymis corporalibus azyma veritatis, operuit passionem Domini, agni vel vituli immolatione, & boni Levite servaverunt mysterium fidei sub hoc tegmine. Atque hoc Dei secretum arcâ fœderis significari, cui suprapositum Cherubinorum pennis obumbrari, id est, velando honorari, quoniam ibi divina mysteria sint, Augustinus (c) existimat. Facile enim, ut Idem (d) habet, imò utile est, ut taceatur aliquod verum propter incapaces. Hinc Clemens, quem sæpius

n Gellius
Noct. Attic.
lib. I. c. 9.

o August.
contr. Acad. lib. II.
c. 10. add.
c. ult. et lib.
III. c. 7. &
17.

p Epist. 56.
(p. 168. 169)

a Colloqu.
cum Tryphon.
b Ambros.
Offic. I. ult.

c August.
Tom. IV.
sup. Exod.
Qu. 105.
d August.
Tom. VII.
de bono
persever.
lib. II. c. 16.

sæpius jam laudavimus, Alexandrinus (e), de Lege Mosis agens, bovem e *Sivom.*
 aratorem a sino jungi prohibentis, præter explicationem aliam & hanc *lib. II. p. 293.*
 adjicit: Ἐμοὶ ᾧ δοκεῖ ἢ κρυβεῖν ἢ ἀλληγορεῖν, μὴ δεῖν ἐπίσης καθαροῦ καὶ ἀκα-
 θάρτου πτωχῶ ἢ πτωχῆ ἀπίστῳ τῆς τῆς λόγου μεταδιδόναι γεωργίας, διότι τὸ μὲν ἐστὶ κα-
 θαρὸν, ὁ βῆς, οὐκ ἔστι τῶν ἀκαθάρτων λελόγισται. Mibi autem videtur significare
 quoque allegoria, verbi culturam non esse ex aquo communicandam mundo & immundo,
 fideli & infideli: quoniam bos quidem est mundus, in immundis autem reputatus est asi-
 nus. Atque ipse, quæ septem libris tractaverat, de industria se velut dis-
 perfisse fatetur (f): Ὡς μὴ ῥαδιῶν εἶναι τῶ περὶ τυχόντι τ' ἀμυήτων τῶν ἁγίων *lib. VII.*
 ὡς ῥαδιῶν ὄρεσον. Ut à quolibet eorum, qui mysteriis non sunt initiati, non facile *sub fin.*
 possent inveniri sanctæ traditiones. In eundem sensum Hilarius (g): Præceptis & *g Hilari. in*
 promissis Dei nihil preciosius sanctiusq; est, quæ sanctificatis nobis immortalitatis thesau- *Matt. Can.*
 rum largiuntur; horum igitur Sacramenta & Virtutes neq; in Gentes efferre, neq; cum *6. princ.*
 hæreticis conferre permittimur. Ergo & incorporationem verbi Dei & passionis myste-
 rium & virtutem resurrectionis non promiscuè tractare nos convenit, neq; imperite in-
 curiosèq; proferre, ne ignorantiam nostram, si perfectæ scientiæ desit instructio, prote-
 rant atq; conculcent, & infirmitatem in Domino passionis irrideant, conversiq; in nos con-
 tradictionum aculeis imperitiam nostram fidemq; disrumpant. Et (h) Davidis ista *h Enarr. Ps.*
 verba: Abscondi eloquia tua in corde meo, &c. Exponens simile huic *CXVII.*
 dicto legi solere, ubi dicitur: Mysterium Regis bonum est abscondere. Memini- *(CXIX) lit.*
 mus enim Paulum ad Corinthios adhuc in fide parvulus, quædam Dei eloquia oculuisse. *Berth. §. 11.*
 cum dicit: Lacte vos potavi non cibo, nondum enim poteratis, sed neque
 adhuc potestis. Legimus & in Evangelio, in agro uberi atq; fecundo, repertum the-
 saurum, eundemq; empto agro occultari novimus, neq; margaritas ante porcos projecien-
 das esse, neq; sanctum dare canibus oportere. Ergo intelligimus quædam nos cordis no-
 stri secreta continere, quæ divulgata inexpiables peccati culpam compararent, ita enim
 dixit: In corde meo abscondi, &c. Quia autem cætera peccata secundum differen-
 tias rerum, aut in nos ipsos aut in alios exercentur, tamen tum fierent in Deum propria,
 cum quæ occultorum cordium essent condenda secreto, hæc in profana scientiam cognitionis
 proderentur. Ambrosius (i) de subcinericiis loquens, quæ hospitiis suis *i Ambros.*
 Abraham edenda obtulit: Græcè ἐγκρύφια dicuntur (ista subcinericia) *de Abrab.*
 hoc est abscondita, eò quòd latere debeat omne mysterium & quasi operiri fidei silentio, *lib. I. cap. 5.*
 ne prophanis temerè divulgentur auribus. Hoc pascitur divina Majestas, hunc epulatur *Gen. XVIII*
 affectum, qui parcus loquendi sit, ne sacra in medium ferat. Basilus M. (k) in locum *k Basil. M.*
 Psalmi XIV. (XV.) Vers. 2. Forsan sententiola hæc & tale aliquid nobis representat, *Hornl. in*
 quòd ea, quæ de Veritate sunt, h. e. mystica, eloqui convenit non cum quolibet, sed cum pro- *Psalm. XIV.*
 ximo, h. e. non prodenda illa esse vulgo, sed narranda eis, qui sacramentis seu mysteriis com- *(XV.)*
 municaverint. Et alibi (l): Pro arcanis hic dictus est Psalmus, (quadragesimus *in Psal.*
 sextus) h. e. pro his, quæ neutiq; evulganda sunt, & prodenda, quòd rationem con- *X LV.*
 tineant secretorum in mysterio retinendorum. Rursum (m): Verba enim ac mysteria *(XLVI)*
 salutis in quævis sine discrimine jactare, & omnes aq; ad hunc thesaurum recipere, nec *m in princ.*
 vite moribus purgatos neq; ratione prius & ordine diligente utentes, haud aliter fuerit, *Proverb.*
 quàm in sordidum vas unguentum infundere preciosum. Eadem amicissimus Basilio *fol. 13. lit. F.*

Greg. Naz. Orat. ad Eunomian. Gregorius Nazianzenus (n): Verum enim verò, ne ignoremus nosmet amplius, neve, quod hac in parte decori ratio postulat, negligamus, sed qua arcana sunt arcane tractemus, & sanctè, qua sunt sacrosancta, neq; in profanas aures ea, que in vulgus prodifnefas est, abiciamus. Non cultores malorum Geniorum, non fœdis cum fabulis tum rebus deditos patiamur nobis religiosiores videri, qui citius sanguinem suum, quàm nescio quos sermones cum non initiatis communicarent. Et alio loco (o) Catechumenum instituens: Habes, qua de mysterio (fidei nostræ) foras exportare, atq; ad vulgi aures efferre licet; Cetera intus Trinitate adjuvante (sc. post Baptisma) addisces, que etiam ipsa apud te ipsum occulta clausaq; habebis, baptismo obsignata atq; retenta. Rursum (p): Ne exteris quidem & prophanis magna nostrorum pars efferenda est. Hinc ipse (q) sermonem de rebus divinis orfurus, monet Auditores, ut quominus magisve purgati montem istum ascendant, propiusve accedant, recedantve. Hieronymus (r) causam reddens, cur LXX. Interpretes, multa ex Hebræo textu omiserint, aliqua aliter reddiderint, *Judei*, inquit, prudenti factum dicunt esse consilio, ne Ptolomæus, unius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem divinitatem deprehenderet. Deniq; ubicunq; sacratum aliquid Scriptura testatur de Patre & Filio & Sp. Sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt, ut & Regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. In quem sensunt alibi (s): Etiam hoc adjiciendum, quòd non tam Propheta dicendus sit, (Esajas) quàm Evangelista. Ita enim universa Christi Ecclesiæq; mysteria ad liquidum persecutus est, ut non putes, eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Unde conjicio, noluisse tunc temporis LXX. Interpretes, fidei suæ sacramenta perspicuè Ethnicis tradere, ne sanctum canibus & margaritas porcis darent. Quæ, cum hanc, (de sua loquitur Hieronymus,) editionem legeritis, ab illis animadvertetis abscondita. Quibus paria alio quoque loco (t) reddit Ambrosius (u): Peccat Deo, qui commissa sibi secreta mysteria putaverit indignis esse vulganda. Periculum itaq; non est, falsa solum dicere, sed etiam vera, si quis ea insinuet quibus non oportet. Hanc ergo Theaurum Sapientiæ & Cognitionis, cum invenerit homo, abscondit illum in corde suo, nec divulgat eum, sciens, quia si divulgaverit Babylonis Theaurum Dei, magnam offensam contrahet -- Cave ergo ne divitiis tuas perfidis prodas, etsi amicitiam simulant, non illis interiora domus tuæ, non referes Thesauros regios, quod Babylonii scire non debent. Atque hinc Catechistarum & Catechumenorum in prima Christianorum Ecclesia nomen profluxit à verbo κατηχέω dictorum, voce ducta ab ἡχέω sonare, quòd olim nefas esset, mysteria literis committere, voce tantum tradenda, ut id Erasmus nos docuit (x) addens, se in antiquissimo quodam Codice legisse, Pontificem aliquem Romanum in literis suis, cum multa docuisset eum, à quo fuerat interrogatus de Sacramentis, subtraxisse verba, quibus sacrum oleum consecraretur, ne mysterium, literis commissum, aliquo modo promaneret ad profanos. Quin & viva voce Catechumenos informantes ea cautione usus esse, ne omnem mysteriorum doctrinam illis præmaturè propalarent, præter locum Nazianzeni supra allatum, etiam ex Ambrosio apparet, qui Baptismatis lavacro jam ablutos, alloquitur (y): Nunc, ait, de mysteriis dicere tempus admo-

net atq; ipsam sacramentorum rationem edere, quam ante Baptismum, si putassemus, in-
 finuandam nondum initiatis, prodidisse potius quam edidisse astimaremur. Addere-
 mus his Clementis Romani (z) interdictum, Institutiones suas in omni-
 bus publicare vetantis, ni ipsæ hæ Institutiones, unà cum Canone, quo id
 Interdictum continetur, spurietatis jamdudum convictæ forent. Cæ-
 terum & Augustinus (a) Episcopis, Presbyteris, aliisque Ecclesiarum Mi-
 nistris, curæ fuisse innuit, ut passim caveant nudare mysteria: ipse, ut Leonh.
 Cocquejus (b) observat, aded de arcano isto sollicitus, ut, quoties de Eu-
 charistia loqueretur, non facile proprio eam vocabulo, sed his verbis: *Quod*
norunt fideles; plerumque designaret.

X. Hinc quoque Traditionum Ecclesiæ rationem arcessens Basi-
 lius, aut si quis alius fuit (a), Reliqua, inquit, nam alia jam attulerat, que
 sunt in Baptismo, ex qua Scriptura habemus? Nonne ex privata & arcana hac traditio-
 ne? Nonne ex doctrina, quam Patres nostri in silentio, quod otiosos & curiosos sub-
 movet, servarunt? Pulchre quidem illi, nimirum docti, arcanorum venerationem si-
 lentio conservari? Nam que nec intueri fas est, non initiatis, qui conveniebat horum do-
 ctinam publicitus circumferri scripto, aut quid tandem ibi voluit magnus ille Moses, qui
 non omnia, que erant in Templo, passus est, omnibus esse pervia, sed prophanos extra sa-
 cras cancellos statuit, sed priora atria purioribus permittens, Levitas solos dignos censuit
 Numinis ministerio, mactationes autem & holocaustorum oblationes, reliquumq; mi-
 nisterium Sacerdotibus assignavit, atq; unum ex omnibus selectum in adyta recepit? ac
 ne id quidem semper, sed uno tantum die quotannis. Rursus & hujus diei certam quan-
 dam horam, quâ fas esset ingredi, præstituit, qua propter novitatem & insuetudinem
 cum stupore intuerentur Sancta Sanctorum, probè sciens pro sua sapientia, res usu tri-
 tas & undecunq; parabiles expositas esse contemptui: Ceterum ei, quod sepositum est,
 quodq; rarum est, huic naturâ conjunctam esse summam admirationem & studium. Ad
 eundem profecto modum, & qui in primordio Ecclesiæ certos ritus præscripserunt,
 Apostoli & Patres, in occulto silentioq; mysteriis suam servavere dignitatem; Neq;
 enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hac est ratio, cur
 quadam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgò
 veniret in contemptum. Aliud autem est dogma, aliud edictum. Nam dogmata silen-
 tur, edicta verò publicantur. Quanquam quousque hæc admitti possint, hic
 non inquiramus, quibus nonnisi ad probandum morem de occultatione
 mysteriorum usi sumus.

XI. Conveniunt cum his fere, quæ de sua Lege non scripta, sive scri-
 ptæ expositione, Hebræi referunt, Moses nimirum fidei aded credita,
 cum cæteras quoque illius, postea Libris descriptas, populo publicandas
 acciperet, ipsâ scriptis non committendâ, quò securius corruptrices Gen-
 tilium manus latitando effugeret, quam Moses Josuæ, Josua Pinehæ,
 Aaronis ex Elezaro nepoti, Pinehas Heli Sacerdoti, Heli Samueli, Sa-
 muel Davidi, David Achiaæ Prophetæ, Achias Eliæ, Elias Elisæo, Eli-
 sæus Jojadæ Pontifici, hic Zachariæ, Zacharias Hoseæ; Is Amoso, Amo-
 sus Esajæ, Esajas Micheæ, Micheas Joëli, Joël Nahumo, hic Habacuco,

z Can. A.
 post. ult. ubi
 V. L. Ofi.
 andr. J. L.
 Ruel Hist.
 Concil. Pe-
 rioc. I. Pe-
 ric. I. Peri-
 och. I. Ecl.
 2. (p. 130.)
 A. R. S. et
 Crit. Sac.
 lib. I. cap. I.
 Robert. Co-
 quej. cens.
 ant. Script.
 Eccles.
 a August.
 Tom. I. de
 Moribus
 Eccles. Ca-
 thol. lib. I.
 cap. 1.
 b L. Coc-
 quej. ad
 Augustin.
 de Civ. Dei
 VIII. ult.
 lit. E. Ad
 de Eund. ad
 lib. X. c. 6.
 lit. I. &
 August.
 d. Tract.
 lib. IX. c. 23.
 & Tom. IX.
 Expos. in
 Evang. Je-
 hannis,
 Tractat.
 XXII. (p.
 132.)
 a Bas. M.
 de Sp. S. c.

Habacuc Sephaniæ, Sephania Jeremiæ, Jeremias scribæ suo Barucho, hic Efræ tradiderint: cujus demum ætate, ipsoque restaurandæ Legi scriptæ intento, cæteri Hebræorum sapientes istam quoque Legis expositionem linguæ tantum auribusque hætenus commissam, scripto mandare aggressi sint, veriti, ne si quid secus Patriæ rursum aliquando talisque casus eveniret, quo Sapientes omnes perirent, explicatio quoque pari cum iisdem fato interiret. Quanquam alii id tempore demum R. Judæ, Simonis Filii, factum velint, ut explicatio illa scriberetur, quam in varias schedas librosque dispersam R. Judas Antonino Imp. coævus, cum populi sui miseras & in omnes orbis partes fugam animadverteret, ne expositio ista oblivione tandem planè aboleretur, unum in librum concinnaverit, qui sc. Thalmudis, Judæis aded cari, natales sunt.

Quâ de re Luc. Cœlius Rhodiginus (a), Galatinus (b), Buxtorfius (c), Kortholtius (d) alii consuli possunt; nobis ista ad institutum sufficient. Istud hic addere non incongruum visum, etiam ex Ecclesiæ Christianæ Doctoribus quibusdam id commentum arrisisse, ex quibus Hilarius (e): *Moses, inquit, quamvis Veteris Testamenti verba in Literis condidisset, tamen separatim quadam ex occultis Legis secretiora mysteria, 70. senioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimaverat, cujus Doctrina & Dominus in Evangelicis (Matth. XXIII. 2.) meminit, dicens; In cathedra Modis sedent Scribæ & Pharisei. Doctrina ergo horum impostorum, quæ ab ipso Scriptore Legis accepta, in hoc seniorum & numero & officio conservata est. Et arcana hac scientiâ etiam LXX. Interpretes præditos fuisse, autumat.*

XII. Atque hoc mysteriorum arcanè habendorum prætextu Hæretici obtegendæ dogmatum, quorum ipsos pudebat, pravitati atque obscenitati non incommodè abutebantur. Testatur id de Basilide turpissimæ improbissimæque doctrinæ auctore Epiphanius (a): *Sed & idem Circulator, dicens; Nos, inquit, sumus homines, alii verò omnes sues & canes, & ob id dixit: Ne projiciatis margaritas ante porcos, neque date sanctum canibus, occultat enim suam injustitiam ab his, qui mente præditi sunt, revelat autem ipsius Scholæ his, qui ab ipso decepti sunt. Quandoquidem enim verè turpe est dicere ea, quæ apud ipsos dicuntur, ac fiunt. Dicit, quod etiam hominibus oportet confiteri veritatem, nos enim sumus homines, alii verò sues, ac canes, velut prædixi. Fubet autem solum de Patre & suo mysterio nemini revelare, sed silentio in se ipsis continere. Uni verò de mille revelare, & duobus de decem millibus. Et suggerit discipulis suis dicens: Vos omnia cognoscitis, nemo autem vos cognoscat. Quod si ipse, & sodales ejus interrogentur, Judæos quidem se ipsos non amplius esse dicunt, Christianos autem nondum factos esse, sed negare semper: habere autem in seipso tacitè fidem, & nemini ostendere, veritus suam confusionem, propter turpes operationes & pravæ doctrinæ suæ illiberalitatem. Et Epiphanius antiquior Irenæus (b) refert, Basilidianos decrevisse, Non oportere omnino ipsorum mysteria effari, sed in absconditis continere per silentium. Ita & Origenistas perstringens Hieronymus (c) quem socium errorum suorum falsò jactaverant: Nec mirum, ait, putant enim me suum esse*

b Iren. lib. I. cap. 23.
c Hieron. Epist. ad Panmach. & Ocean. de error. Orig.

συμμόσθη & propter animales & luteos, (ita vocabant sacris suis non initiatos,) nolle palam dogmata confiteri. Ipsorum enim decretum est, non facile margaritas ante porcos esse mittendas, nec dandum sanctum canibus; Et cum Davide diceret: Abscondi in corde meo eloquia tua, ut non peccem tibi. Et in alio loco super justo: Qui loquitur, inquit, Veritatem cum proximo suo, id est, cum his, qui domestici fidei sunt. (Eumque in sensum Basilium quoque ea verba torfisse, supra indicavimus.) Ex quo volunt intelligi, nos qui nec dum initiati sumus, debere audire mendacium, ne parvuli atq; lactentes solidioris cibi edulio suffocemur. Et paulo post: Faciam, (quod solum cavent) ut sacra eorum atq; mysteria in publicum proferam. &c.

XIII. Cæterum, eodem instituto atque instituti ratione apud Gentiles receptum erat, ut non magis dogmata de Divinis ac ipsa sacra diviniq; cultus Ceremoniæ non omnes auditores spectatoresve admitterent. Diagoræ Atheniensi Atheismi crimen impactum, quod non modò Orphei sacrorum morem & rationem in medium protulerit; verum & Eleusiniæ Cereris & Cabirorum vulgaverit mysteria, Athenagoras (a) memorat. Talia (b) præter hæc, quæ modò nominavimus, sacra Isiaca, Bacchi orgia, sacra Sabaziorum, Cybeles Deum matris, Bonæ Deæ, Corybantia, Veneris Cypriæ, mysteria Alimuntis & quas paris superstitionis impietatisve Ceremonias Gentiles servavere; Plerasque quidem, ut etiam ex Varrone Augustinus (c) notat, fœditate sua, tenebris, & quo curatissimè tegebantur, silentio dignas; ipsa tamen occultatione & sanctitatis qualibuscunq; irritamentis venerationem adeptas, cum præsertim plerique arcerentur, qui publico aliquo scelere sese polluisent. Ita Nero matris cæde funestatus, Eleusiniis sacris, quorum initiatione impij & scelerati voce præconis submoverentur, interesse non ausus est, ut Suetonius (d) auctor est, Lucianus (e) sacrorum Ceremonias aut nugas potius Alexandri cujusdam impostoris recensens, tribus ex ordine diebus peractas: Καὶ ἐν μὲν πρώτῃ πρῶρισίς ἦν, ὡς ἔειπεν Ἀθήνησι τριαύτῃ. "Εἰς τὴν ἄρτιον, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικύρειος ἤκει κατὰ σκοπὸν τῶν ὄργια, φθόγῳ αἰδοῦσθαι τοὺς θεοὺς τῶν πελειῶσων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. εἰς τὴν δευτέραν ἐν δὲ δευτέρῃ ἐξέλασις ἐγίνετο. Καὶ ὁ μὲν ἠγείτο λέγων, ἐξ ὧν Χριστιανὸς, τὸ ἵδιον ἄπειρον ἐπέφθγγετο, ἐξ ὧν Ἐπικύρειος. Ac primo die Atheniensium ritu denunciatio fiebat hujusmodi: si quis impius, aut Christianus, aut Epicureus, mysteriorum explorator accessit, discedat. Cæterum qui Deo credunt & parent, sacris feliciter initiuntur. Sub hac protinus exigebantur, illo præeunte dicenteq;: Foras pellantur Christiani. Tum multitudo acclamabat universa: Foras pellantur Epicurei. Cujus & istud (f): Τὰ μὲν ὄργια σιωπῶν ἀξίου τῶν ἀμυήτων ἐνεκα, Reticenda erant Orgia, propter prophanos nondum initiatos. Orgia, nempe, quæ frustra capiunt audire profani. Et precantem Quartillam, ne sacra nocturna Priapi, quæ mille vix homines norint, vulgarentur, introducit Petronius (g). Pertinent huc loca Virgilii, Ovidii, Siliii, à Brissonio (h) allata. Apud Virgilium (i):

a Athenag. Orat. pro Christ. Vid. Cic. de Har. rust. Resp. b Clem. Alex. Protrept. pag. 7 seqq. Ar. nob. adv. c August. de Gent. l. IV. August. de C.D. l. 14. s. VII. 20, 21. & 26. c August. dict. lib. cap. 31. d Suet. in Neron. cap. 34. e Lucian. part. 2. f Tom. IV. de Sultat. p. 104. g Petron. Satyr. h Brisson. de formul. l. 2. pag. 2. i Aen. VI.

non baptizato, collato, movens, ut ostenderet, quomodo is casus dari posset; *Si fortè, addit, hoc curiositate aliquà didicit, quemadmodum dandum sit:* Curiosum hominem esse oportere significans, qui nondum ipse sacro lavacro tinctus, ad cognitionem solennium istorum penetrasset. Atque

*Lib. de uno
Baptismo
contra Pe-
tilian. cap. I.*

idem contra Petilianum Donatistam disputans, in controversia de iteratione Baptismi, in invidiam trahentem, quòd res tam secreta in publico ventilaretur, illosque ipsos silentium tenere jubens, quod aliis imperarent: *Nam, subjungit, quis coram profanis quenkam baptizat? Et tamen baptizari Christianos nullus profanus ignorat, qui audit in publico, quod si credit, percipit in secreto.* Quin ne manùs quidem impositionem super ordinandos

*m. Can. I.
et 6. Concil.
Laod. ap.
J. L. Hart-
mann.
Hist. Conc.
Tom. III.
Diatr. 107.
(p. 276.)
n. Kortholt.
de Calum.
Pagan. in
Ver. Chri-
stian. sparf.*

Ecclesiarum Ministros, præsentibus Catechumenis, fieri, neque Hæreticis ingressum domùs Dei concedi, Patres Concilii Laodiceni (m), improbante quidem istud Osiandro, licitum voluere. Atque ita quidem, quos diximus antiquioris Ecclesiæ Christiani. Quamquam an id, quod voluerant, eo assecuti sint, cum ex auditis fortuitò tantùm Christianorum dogmatibus ritibusque ansam maximè calumniis suis (de quibus eruditissimè Christianus Kortholtius peculiari Tractatu (n)) arripuerint Ethnici, quam plenior notitia demere potuerat, exquirere hîc omittimus, & Antiquitatis veneratione, & quòd ad institutum nostrum tantùm pertineat, ostendere, quàm in occultandis Religionis mysteriis, Gentilibus cum Hebræis Christianisque convenerit. Atque hisce, de modis, quibus de vera Religione aliquid ad Gentiles quoque pervenerit, velut Proœmii loco, præmissis, ad ipsa Religionis capita accedemus, à Deo orfuri, cujus cultui tota Religio destinata est.

